



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Svccinctam Doctrinarum Asceticarum Svmmam Comprehendens - Quam  
ad majorem omnium in Ascensi proficere cupientium utilitatem ac  
subsidium

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1685**

Pars II. Doctrinas ad viam illuminativam Spectantes comprehendens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48214)

semel quisque ad æterna se erigat, atque in his, quæ in-  
 commutabiliter permanent, oculum cordis figat, pro-  
 nihilo esse hoc conspicit, quidquid ad finem  
 cum currit.

P A R S II.

DOCTRINAS AD VIAM IL-  
 LUMINATIVAM SPECTANTES  
 COMPLECTENS.

AD hanc viam præcipuè virtutes & bona opera spe-  
 ctant; cum enim tota Justitia & Perfectio Christia-  
 na in duobus capitibus consistat, nempe vitando ma-  
 lo, & faciendo bono, merito etiam ea, quæ ad virtu-  
 tes & bona opera exercenda necessaria sunt, bene co-  
 gnoscere debet Alcetæ.

Porro cur via hæc *illuminativa* vocetur, duas ple-  
 numque causas assignant Alcetæ. Prior est, quòd per  
 illam Homo à peccatis purgatus, habilis & idoneus ef-  
 fectus ad illustrationes divinas percipiendas (juxta illud  
 Christi Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi  
 DEVM videbunt*) illapsus divini luminis paulatim  
 magis experiri, imò in ipsa die virtutum & operum bo-  
 norum ambulare incipiat, sicque adimpleat Consilium  
 Apostoli dicentis Rom. 13. *Nox (peccati) processit;  
 dies autem (seu occasio bene agendi) appropinquavit.  
 Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur ar-  
 ma lucis. Sicut in die honestè ambulemus.* Poste-  
 rior causa est, quòd Homo in hac via constitutus, ut  
 virtutes faciliùs, perfectiùsque exercere valeat, Chri-  
 stum, qui est *Lux vera illuminans omnem hominem*  
 veni-

venientem in hunc mundum, & absolutissima virtutis ac sanctitatis idea, in tali exercitio imitatur præcipuè proponat, atque aded ab illo, qui ipse quæ Joan. 14. dixit: *Ego sum via, veritas, & vita, non venit ad Patrem, nisi per me*: illuminetur ad virtutes perfectissimo modo exercendas.

## C A P U T I.

DE VIRTUTE ET BONIS OPERIBUS  
IN GENERE.

## §. I.

## De Virtute.

I. EST habitus, seu bona mentis qualitas nos aptos reddens ad bona opera secundum rationem efficienda; de qua Sequentia Ascetæ liter sunt scienda.

II. Primum est, ut cognoscat proprietates indicia virtutis solidæ, quarum tres sunt præcipue. Prima est, ut sit *pura*, id est, ex legitimo motivo nam ut eleganter S. Augustinus dixit, Virtutes officiis, sed finibus distinguuntur. Officium autem quod faciendum est; finis verò, propter quod faciendum est. Cùm itaque facit homo aliquid, peccare videtur; cùm autem non propter hoc facit, peccare quod facere debet, peccare vincitur. Ut sciatur, qualis finis præfigendus sit, paulò post Absit autem, ut virtutes veræ cuiquam serviant illi, vel propter illum, cui dicimus: Domine virtutum converte nos; proinde virtutes, quæ libus delectationibus, vel commodis & emolumentis

tissima corporalibus serviunt, veræ esse non possunt. Quæ  
tio imita utem nulli rei servire volunt, nec ipsæ veræ sunt. Ve-  
qui ipse æ quippe virtutes DEO serviunt in hominibus, à quo  
viva, nonantur hominibus. Altera proprietas est, ut *discre-*  
etur ad ea sit: nam discretio, teste S. Laurentio Justin. omni  
virtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorem &  
perpetuitatem confert. Imò non solùm virtus est, sed  
virtutum moderatrix, ordinatrix affectuum, & doctri-  
na morum, quæ fixo gradu possessorem suum perdu-  
cit ad Dominum; nulla enim virtus perfici potest sine  
discretionem. Tolle hanc, & virtus vitium erit, ipsaque  
affectio naturalis in perturbationem magis converte-  
tur, exterminiumque naturæ. Hæc virtus lucerna est,  
in viam Paradisi dirigens. Hæc bona Domini multi-  
PLICAT nobis commissa, thesaurus quippe desiderabilis  
dum re in tabernaculo prudentis, sed imprudens homo diffi-  
cetera spabit. Porro discretio ista in eo consistit, ut medium  
ubique teneatur, nam, ut rectè S. Bernardus discurrit,  
vrietate medium vitiorum virtus tenet, ac proinde sedula eger,  
t præci non solùm putatione, sed circumfusione; alioqui ve-  
tivo elatendum est, ne circumquaque à lambentibus, vel po-  
ates non tius rodentibus vitis illa, dum nescis, paulatim elan-  
autem queat, aut, si supervenerint, suffocetur. Unum in hoc  
quod fac discrimine consilium est, observare diligenter, & mox,  
peccare ut renascentium capita apparebunt, prompta severi-  
tate succidere. Aliud ad discretionem hanc obtinen-  
dam medium S. Gregorius suppeditat sequentibus  
Uc v verbis. Semel virtutum sensus, hoc est, pondera,  
pòst ad & quantiquæque sit virtutis actio ac qualis, meliùs  
viant, & preces, quàm discussiones inveniunt; nam ea, quæ  
ne DEU perscrutari in nobis ipsis nitimur, sæpe veriùs orando,  
quæ car quàm investigando penetramus, cùm enim mens ad  
olumen corp  
alta

alta per quandam contemplationis machinam sub-  
 tur, omne, quod ei de ipsa occurrit, sub seipsa ter-  
 cando certius contemplatur. Sed & Cassianus  
 hoc in negotio Symbolam conferens ait: Nullus  
 decipi poterit quisque, si non suo iudicio, sed fru-  
 rum vivat exemplo; nec valebit ignorantia eius ca-  
 hostis illudere, qui universas cogitationes nate  
 perniciofa verecundia nescit obtegere, sed eas  
 examine Seniorum vel reprobatur, vel admittit. Tunc  
 est, ut *constans* sit; id est, non tantum prospera  
 sed etiam adversitatis tempore exerceatur: quam  
 prietatem apte nonnulli binam similitudinem expli-  
 quarum prior ex facie fucata & naturaliter per-  
 desumitur, nam sicut illa superfusa aquam calidam  
 lozem, & cum his etiam decorem amittit; hanc  
 tem non conservat modo pulchritudinem, sed et  
 auget, ita vera virtus in infirmitatibus & adversis  
 ficitur, falsa vero deficit, & vitium suum producit.  
 sterior ex pastillis (Rauch-Kerzlein) pulverem ma-  
 tum, vel materiam pro grato fumo excitando ap-  
 desumitur, quarum illae igni admotae undique  
 mas, & ingratum odorem spargunt, hae vero  
 stantem lucem, & suavem odorem amittunt; ita  
 & homines virtuosi etiam inter adversa sibi constantem  
 lucem ac odorem boni exempli praebent; secus  
 falsae virtutes; hae enim potius ignem, id est, vir-  
 etiam & indignationem spirant, & per hoc pessimum  
 odorem mali exempli relinquunt.

III. Secundum est, ut magnam habeat aesti-  
 tionem de virtute, quam quidem ut concipiat, nihil  
 perinde conducet, quam si certo sibi persuaserit  
 in hac totam felicitatem hominis in hac

consistere, simulque semen pro futura quoque sempiterna felicitate contineri; cum verè cujusque rei felicitas in assecutione finis consistat; finis autem hominis in hac vita sit vivere secundum rationem, in altera verò in fruitione beatifica DEI consistat; ad quam utramque obtinendam virtus sola unicum est efficacissimumque medium, ut ex supradictis patet.

IV. Tertium est, ut bene cognoscat ordinem, connexionemque virtutum inter se; quem quidem clare S. Laurentius Justinianus indicavit, dum dixit: Dilectionis radix est caritas, virtutes verò cæteræ spirituales rami esse noscuntur, in illa tanquam radice infectæ. Succide radicem, & repente rami, fructus exiccantur, & folia. Tolle de corde hominis justificati caritatem, & infructuosæ ceteræ efficiuntur virtutes. Sicut autem rami sine radice non fructificant, ita nec radix sine ramis & fructibus proderit, unde sic quisque studere debet caritati, ut ceterarum quoque virtutum studium non intermittat, nam, ut sapienter discurret S. Gregorius, una virtus sine aliis, aut omnino nulla est, aut imperfecta; quia nec prudentia vera est, quæ justa, fortis, temperans non est: nec perfecta temperantia, quæ fortis, justa, & prudens non est: nec fortitudo integra, quæ prudens, temperans, justa non est: nec vera justitia, quæ prudens, temperans, fortis non est. Cujus ratio ex ipsa finis ultimi naturæ atque perfectione desumenda est, cum enim hæc in unione perfecta cum DEO consistat, ideo prius quidem requiritur Fides, per quam saltem in ænigmate, id est, confusè cognoscatur; quia verò nihil appetitur, nisi cujus obtinendi spes concipitur, ideo & hæc caritati præmitti debet, & tum demum caritas propositum sibi

F

bonum

bonum amplectitur. Neque tamen in hoc amplectitur, sed cum DEUS felicitatem æternam nos propria obtinere velit, ideo prudentiam exigentem docet media eligere ad talem finem consequendum, qualia sunt, ut debitum DEO, & Proximo cultum, & amorem exhibeamus, ad quod præstandum Justitia inclinat; verum non sine grandi difficultate, quæ duplex impedimentum, scilicet cupiditas honorum, & timor variarum difficultatum in exercitio occurrentium creant, ad quorum impedimentorum remotionem aliæ duæ virtutes, nempè, & fortitudo ordinantur, quarum una inordinatam cupiditatem, posterior timorem inordinatum coërcet, rationique subjicit.

V. Quartum est, ut apta, solidaque cogantur media ad virtutem addiscendam; quæ quidem in paragrapho antecedente copiosè sunt explicata, adeò hoc loco non sunt repetenda.

## §. II.

*De bonis Operibus.*

I. Est opus vitæ æternæ meritorium; de quo sequentia scienda peculiariter sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut bene cognoscat, quæ conditiones ad opus bonum requirantur, scilicet quoad *substantiam* sit saltem indifferens: quoad *modum* fiat cum debita diligentia & circumstantiis; quoad *finem* fiat propter finem supernaturalem. Nonnulli brevius expresserunt, dum dixerunt:

*Omne tulit punctum, patitur qui semper, agit qui vult, quòve modo vult DEVS, & quomodo*

De primo quidem testatur Theodoretus his verbis: Qui DEUM amat, omnia alia despiciens, & eum solum, qui amatur, respiciens, illius curam, & suam in eum servitutem cæteris præfert omnibus, illa solum dicens & faciens, quæ ei, quem amat, placent, & grata sunt; & abhorret omnia, quæcunque ille prohibet. Quod ipsum etiam sentiens B. Petrus Damiani ait: Unum est, quod mens cuiusque fidelis debet solerter attendere, & intra semetipsum sollicitâ semper inquisitione versare, scilicet utrum placeat DEO, quod agit; & an ejus vitâ vel operibus DEUS delectetur; quid enim prodest, quidquid homo faciat, si hoc non placeat DEO? Sicut enim, inquit Stapletonus, qui aliquem invitat, parat studiosè cibos, non suo, sed Hospitis palato gratos; sic si DEO per opera nostra placere volumus, ea oportet facere, quæ ipsi grata, non quæ nostris cupiditatibus accepta sunt. Porro ut cognoscamus, quæ ipsi grata sunt, tres habemus Superiores, qui id indicent (ut bene notavit Joannes Ximenez Societatis JESU Coadjutor) DEUM in cælo, Superiorem in Capitulo, rationem in capite; nam, ut S. Laurentius Justinianus ait, hominis ratio, cum splendore illustratur sapientiæ, & divino appropinquat lumini, est quædam spiritualis regula, & magistra virtutum, per quas, quid rectum, quidve obliquum versetur in corde, quid agendum, & quid omittendum sit, sufficienter intelligit. Ideo Christi legitimus servus, & perfectionis amator nunquam cesset, rationis judicio virtutum actus examinare, ne incuriâ discretionis, vitium sub virtutis velamine ad opus exeat. Sed & S. Basilius testatur, DEUM per naturæ legem, boni malique



que rationem nobis indidisse, sui Dominam, aut  
di gnaram, & reatricem optimam.

III. Quod verò etiam *eo modo*, qui DEO  
facere opera nostra debeamus, sat clarè indicavit  
stolus, dum hortatus est, ut essemus abundanti  
bono opere semper, id est, ut S. Basilus explicat  
jore studio persequamur opus Domini, quam ea  
vulgò sunt in studio apud homines; si enim idem  
stolus Dominis carnalibus voluit serviri non ad  
lum, sed ex animo, cum timore & tremore, fir-  
tate & bona voluntate, quantò magis ab homine  
in suo servitio similem diligentiam requiret. Hi  
Siracidem hortatur: In omnibus operibus tuis  
cellens esto.

IV. Quòd denique etiam facienda sint  
*quia DEO placent*: pulchrè in primis indicavit S.  
ardus, dum ait, ex intentione rectitudinem  
velut ex facie pulchritudinem corporis æstimari  
autem in intentione (quam faciem animæ esse dicitur)  
necessaria requiruntur tanquam duæ genæ, res, &  
sa, id est, quid intendas, & propter quid. Et  
fanè duobus animæ vel decor, vel deformitas judicatur.  
Illud porro opus, teste Granatensi, est DEO gratum  
mum, quod solis ejus oculis conspicuum, ei, qui  
ratur, nec utilitati, nec honori, sed nec voluptati  
nisi hoc solo nomine, quòd DEI causa sit factum  
contrario verò juxta S. Bernardum, insipida DEO  
quodammodo insulsa est nostra obedientia vel pa-  
tia, nisi omnium, quæ vel agimus, vel patimur,  
sit causa. Quàm autem sublimis sit hic gradus  
statur apertè S. Laurentius Justin. dum ait: Re-  
profectò reperitur, qui solo testimonio contentus

divino. Hoc probatissimorum virorum proprium est, qui in luce veritatis gradientes introrsus, DEO tantum placere concupiscunt.

V. Alterum est, ut magnam de ejusmodi bonis operibus æstimationem concipiat, quam quidem haud difficulter hauriet, si certò sibi persuadeat, optimam vitam (qualis est, quæ optimis operibus abundat) esse *summum*, quem DEO exhibere possumus, *cultum*: *summum*, quod nobis ipsis hæc in vita procurare possumus, *gaudium*: & *summum* denique, quod defunctis æquè ac viventibus præstare possumus, *auxilium*.

VI. Tertium est, ut medium idoneum & efficax nôrit, quo in ejusmodi bonorum operum exercitio juvetur, quale quidem præ reliquis æstimatur, si ita hoc exercitium aggrediatur, ac si dies quilibet aut primus conversionis, aut ultimus vitæ esset; quorum mediorum primum S. Antonius suavitè dicens: Hoc sit primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem debere semper augere, quod cœperit. Alterum S. Basilii suggestit dicens: Semper ante oculos tuos versetur ultimus dies. Cùm enim diluculo surrexeris, ad vesperum te ambigas pervenire; & cùm in lectulum ad quiescendum membra tua posueris, noli confidere de lucis adventu, ut faciliùs te possis refrenare ab omnibus vitijs.

De his ergo Virtutibus in hac parte agetur; & quidem, quia duplicis generis Virtutes plerumque assignantur, Theologicæ (quæ immediatè circa DEUM versantur) & Morales (quæ circa Mores dirigendos immediatè occupantur) per diversa capita, ubi primùm de Virtute in genere actum fuit.

## CAPUT II.

## DE THEOLOGICIS VIRTUTIBUS

**H**Arum tres assignantur, Fides, Spes, Caritas, quibus S. Bernardus l. 10. sup. ps. qui habitavit in castris dicitur: *Dicit Fides: Parata sunt magna, inexcogitabilia, Fidelibus suis. Dicit Spes: Mihi illa servantur, tertia quidem Caritas, cirro, ait, ad illa.*

## §. I.

## De Fide.

I. Est donum DEI, ac lumen, quo illustratus homo firmiter assentitur omnibus, quæ DEUS revelavit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit, quæ sequentia bene capere, aliisque inculcare debet. Asceta.

II. Primò bene apprehendat, quid, & quomodo facienda sit fides, nempe quòd sit lumen præcipuum supernaturale Spiritus sancti, in Christiani hominis intellectum infusum, quo fit propensus ad credendum quicquid Ecclesia credi jubet, etiamsi rationes, quibus veritas credendorum innititur, minimè perspiciat. Porro lumen tanti esse faciendum in anima, quantum in oculis est in corpore, ita ut merito dicitur S. Chrysostomus: Fides Religionis Catholice fundamentum est animæ, ostium vitæ, suadamentum salutis æternæ.

III. Secundò bene intelligat præcipua duo officia Fidei supernaturalis, quorum prius est, hominem perfecte subicere DEO, ut ipsius instructionem & imperium rationem prompto & benevolo animo suscipiat, justitiam illi

Illud Patris cœlestis mandatum : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite. Posterius est, ut mores & vitam nostram ordinet, ne per affectiones inordinatas, aut Dæmonis tentationes abrepti, à DEI lege deviemus. Unde rectè Canisius infert, Christiana num nôsse debere, tum quæ ad Sapientiam (uti sunt tres virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Caritas) tum quæ ad Justitiam Christianam (uti sunt, declinare à malo, & facere bonum) pertinent.

IV. Tertio bene addiscat, & inculcet, ad quæ objecta extendere se debeat Fides divina, videlicet ad sequentia. 1. Ad ea, quæ Symbolo Apostolico continentur, & clariùs in Nicæno, & Athanasio explicantur. 2. Quæcunque scriptura seu divina, seu canonica complectitur. 3. Quæ ex prædictis duobus fontibus necessariò deducuntur. 4. Quæ Spiritus sanctus per Ecclesiam, sive scripta sive viva voce credenda proponit.

V. Quarto bene cognoscere studeat obligationem ad credendum, nimirum quòd *necessitate quidem medi* teneatur quivis Christianus explicitè credere, quòd DEUS existat, & quòd inquirentibus se remunerator sit; imò juxta quorundam sententiam etiam mysterium Trinitatis, Incarnationis, & passionis Christi, animæque immortalitatem. *Necessitate præcepti* verò, symbolum Apostolorum, præcepta DEI & Ecclesiæ, orationem Dominicam, & Sacramenta, ac misericordiæ opera, saltem ea, ad quæ suscipienda vel exercenda obligatur.

VI. Quintò bene apprehendere conetur motiva credibilitatis, qualia à S. Augustino & aliis enumerantur sequentia. Consensus populorum: miraculorum;

rum: frequentia: successio Pontificum *conver-*  
 Catholicæ nomen iustissimo titulo possessum: *M*suad  
 rum constantia: Prophetiæ donum: sanctimonie  
 sapientia Doctorum, & aliorum Catholicorum: pro  
 formitas cum scriptura sacra, & in articulis fidei: *d*emor  
 bus omnibus rectè Ricardus sic discurrit: *Ut* Infe  
 tenderent Iudei, utinam attenderent Pagani, cum *no*ru  
 ta conscientia securitate pro hac parte ad divinum *pro*facit  
 poterimus accedere. Nonne cum omni fiducia *DE* præ  
 cere poterimus: Domine, si error est, à te ipso *decep* & *gr*  
 mus. Nam ista tantis signis & prodigiis confirmata *in*li  
 & talibus, quæ non nisi a te fieri possunt, & certe a *Pat*  
 ma sanctitatis viris sunt nobis tradita, cum summa *aqu*â  
 statione probata, te ipso cooperante, & sermonem *co*  
 mante sequentibus signis.

VII. Sextò bene ponderet, memoria que *imp*  
 aliqua principia, quæ in hac materia ad evitandum *liger*  
 periculum observanda sunt, qualia à Rosignolio *char*  
 quentia censentur. Primum est Salomonis: *Al* ali  
 te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, *sed* hum  
 praecepit tibi DEVS, illa cogita semper, & in *pl* anit  
 operibus ejus ne fueris curiosus. Secundum: *E*da  
 habet meritum, cui humana ratio praebet experimen  
 Tertium: In quocunque humanarum artium *ex* præ  
 impossibile est, primarum propositionum inquirere  
 demonstrationes. Quartum: In rebus miris, *sem*  
 credendi ratio est omnipotentia Creatoris, Aut ut  
 proponit: Demus DEVM aliquid posse, quod *no*  
 teamur investigare non posse.

VIII. Septimò bene indaget & intelligat *off*  
 um boni Christiani, quòd nimirum in genere quid  
 tria sint, quæ ab eo requiruntur, *in* corde caritas, *in* *spei*

controversas, in corpore castitas. In specie verò sequentia  
um: Msuadeantur à Pædagogo Christiano. 1. Fuge omne  
timor peccatum, præferim autem mortale. 2. Sint in  
orum: promptu remedia efficacia contra peccatum, v. g. me-  
idei: demoria DEI præsentis, Christi patientis, mortis, iudicii,  
Vincul Inferni, & cælestis gloriæ. 3. Jugi virtutum, & bo-  
norum operum exercitio vocationem tuam certam  
num iustificato. Hinc nihil age, quin bonam intentionem  
ia DEI præmittas, aut signum crucis facias. In DEI laudes  
to decore & gratiarum actiones manè, vesperi, & aliàs ferventer  
firmata insiste. DEI Matris, & Angeli Tutelaris, & aliorum  
certe a Patronorum opem frequenter implora. Crebrò te  
summa aquâ lustrali asperge. E collo ceream agni DEI effi-  
nem co-giem suspende. Quotidie, si potes, SS. Missæ sacri-  
fici-um audi reverenter. Examen conscientie ante som-  
ne imp- dum acuratè facito. Statutos ab Ecclesia festos dies di-  
dum o- ligenter observato. Sacramenta Pœnitentiæ & Eu-  
gnolo- charistiæ frequenter & piè obito. Fidei, spei, caritatis,  
s: Al- aliarumque virtutum actus crebrò elicitò, ac imprimis  
is, sed- humilitati insistito. Indulgentias lucrari studeto, pro  
in pl- animabus purgantibus crebrò orato. Imperata Eccle-  
Fidei- siæ jejunia studiosè observato. In orationem frequen-  
rimen- ter incumbito. Hilari vultu pauperibus elemosynam  
m exc- præbeto,

## §. II.

*De Spe.*

I. Est certa expectatio futuræ beatitudinis, ex  
gratia DEI, & meritis præcedentibus proveniens; de  
qua Sequentia Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut bene cognoscat naturam  
spei, & speciatim, qualis sit ea certitudo, quæ plerum-  
que

F §

que

que ei attribuitur ; pro quo sciendum , duplicem  
certitudinem , de quâ hîc quæstio moveri potest.  
*divina* vocatur , & est illa , quæ in divina revelati  
fundatur ; neque in hac vita sine specialissima DE  
ria haberi potest , uti Concilia , SS. Patres , & The  
gi docent. Posterior est *moralis* , quæ omnem  
tationem & metum prudentem excludit , qualem  
habemus nos Catholici , quod à Parentibus Cath  
cis geniti simus ; quod existat India , Italia &c. et si  
horum viderimus , & hæc certitudo in sanctis homin  
bus reperiri solet , & hauritur ex sequentibus signis.  
Ex virtutis , & humilitatis præcipuè studio , uti S. Et qu  
gorius testatus est , dicens : Mens , quæ Divino S. conse  
tu impletur , habet evidentissima signa sua , virtutes  
licet , & humilitatem ; quæ si utraque perfectè in eum  
mente conveniunt , liquet , quod de præsentia S. grand  
Spiritus testimonium ferat. 2. Ex odio peccati ; Fidu  
teste S. Basilio , certò persuasus esse aliquis potest. posse  
UM sibi peccata remisisse , si affectionem animi omnib  
esse animadverterit similem illius , qui dixit : Iniquitatem  
tem odio habui , & abominatus sum. 3. Ex caritate  
& misericordia erga proximos : sic enim S. Augustinus pe  
pronuntiavit , dicens : Redeat unusquisque ad cor suum  
si ibi invenerit caritatem fraternam , securus sit , eo of  
transijt à morte ad vitam. 4. Ex inimicorum dilectione , c  
ne , juxta S. Anselmum dicentem : Per hoc , quod S. tra  
ritus Sanctus caritatem nobis infundit , quæ nos ad re  
imitatores esse divinæ caritatis , ut diligamus inimicos  
nostros , evidenti testimonio declarat menti nostræ offer  
nos esse Filios DEI. 5. Ex eo , quod anima habet quira  
lumen in parte rationali , lætitiâ in parte concupiscenti  
cend

...plicem  
...oreft.  
...revela  
...na DEL  
& The  
...nem de  
...ualem  
...us Cat  
...c. est  
...tis hom  
...signis  
...uti S.  
...vino S.  
...virtute  
...de in  
...ntia S.  
...cati;  
...oreft.  
...animi  
...Ex car  
...ugula  
...cor  
...s fit,  
...n dile  
...quod  
...e nos  
...s inim  
...i nos  
...na hab  
...acup

...ili, & pacem in parte irascibili; hæc enim certa esse in-  
...ficia gratiæ infusæ, Alexander Alensis docet.  
III. Alterum est, ut bene percipiat potissimum  
...ndamentum, cui spes nostra inniti debet; quod est  
...bonitas divina, uti Salomon monuit, dicens: Sentite  
...de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quæri-  
...re illum: Certè ipse Christus S. Mechtildi quondam  
...revelavit, & dixit: Perplacet mihi videre homines con-  
...fidentes de mea bonitate; talis enim quicumque est, &  
...in hoc perseverat, singulariter eum in hac vita remunere  
...abor, & in altera uberrimam ei mercedem conferam.  
Et quantò plùs de me confidet, tantò plùs etiam à me  
...consequetur; impossibile enim est, ut, quod quis san-  
...tè de me credidit, & consequi speravit, non obtineat,  
...cum hoc ipsum ego promiserim. Mihi igitur fidat, qui  
...grandia à me expectat. Aliàs verò S. Gertrudi dixit:  
Fiducia illa, quam homo in me solo collocat, credendo,  
...posse, scire, & velle me ipsum fiducialiter juvare in o-  
...mnibus, cor mihi transfigit, tantàmque pietati meæ  
...violentiam facit, ut non possim non ei gratificari, &  
...Ex carnis manus porrigere ob gustum, quem ex eo, quòd totus à  
...me pendeat, capio. Et meritò, si enim Artifex, qui  
...opus aliquod præcipuum ad artem suam & ingenium in-  
...eo ostendendum fecit, cupit illi suam perfectionem da-  
...re, cavetque sedulo, ne quis dicto vel facto malè id  
...tractet; & si fortè detrimentum passum est, omni mo-  
...do restaurare studet; quantò minùs DEUS patietur, ut  
...homo, in quo omnem suum amorem & sapientiam  
...ostendit, non pereat, sed omnem perfectionem ac-  
...quirat?

IV. Tertium est, ut solidam sciat praxin spei exer-  
...cendæ, quæ quidem in eo consistit, ut semper filialis

cum



cum illa timor conjungatur; nam, ut S. Bernardus cum timore spes magnum habet meritum: cum metu fructuosè speratur. Est autem is ipse timor rarissima quædam & efficax materia spei; cum Salomone teste, in timore sit fiducia fortitudinis. S. Augustinus, Fratres in Eremo adhortatus, Ejus tres, inquit, hanc amate, hanc tenete, non tamen timore, quia qui sperat, & non timet, negligens est; autem timet, & non sperat, depressus est, & decidit in profundum quasi lapis. Meritò ergo, ut S. Bernardus ait, beneplacitum est Domino super timentes eum & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

## §. III.

## De Caritate.

I. Est Virtus, quâ DEUS non ob timorem, nec ob spem præmij, sed propter seipsum, & bonitatem diligitur; de qua Sequentia bene notantur Ascetæ.

II. Primum est, in ea totam perfectionem & felicitatem hominis consistere; uti S. Thomas ostendit. Et colligitur ex eo, quod perfectio & felicitas hominis consistat in possessione summi boni; hæc autem possessio cum non possit ordinariâ viâ haberi per realitatem, necessariò per intentionalem, qualis est caritas, obtineri debet. Hinc colligitur, cur Christus dixerit: *Estote perfecti, sicut Pater vester celestis perfectus est.* Indicare enim voluit, quòd, sicut Pater per Naturam divinam cum Paternitate identificata quodammodo perficitur, & completur, dum seipsam perfectissimè cognoscendo generat Filium, & cum hoc

Spiritum Sanctum velut perfectissimum amorem, atque adeò ipsius Patris perfectio in perfectissima sui cognitione & amore consistit, ita hominis quoque perfectionem in iisdem duabus entitatibus consistere.

III. Secundum est, ut bene apprehendat, quid requiratur ad dictam unionem seu amorem, nempe quòd duas partes involvat, amorem scilicet *affectivum*, qui consistit in hoc, quòd DEUS & nos ad exemplum illius velit sibi bonitatem summam, & summè gaudeat, se esse eum, qui est, id est summè bonum & perfectum. Et *effectivum*, qui in hoc consistit, quòd omnia, quæ ad extra operatur, ad majorem suam gloriam dirigat, id est, ad hoc, ut clariùs & perfectiùs semper cognoscatur & ametur à Creaturis, conformando se ejus sanctissimæ voluntati in substantia, modo, & fine nostrarum actionum, ut advertit P. Caraffa in Itinerario; vel, ut alij clariùs explicant, eligendo semper & agendo vel patiendo, *quæ DEO magis placent* (qualia sunt cæteris paribus, in quibus amor copiosius demonstratur, uti fit per tribulationes fortiter perpeffas; hæc enim ostendunt, firmam hominis cum DEO unionem intercedere, cum per tantam violentiam abstrahi se à DEO non patiat; Item per caritatem proximo velut imagini DEI exhibitam, per hanc enim fit, ut ampliùs cognoscatur & ametur DEUS, atque ideo iterum major longè in amante affectus arguitur, quàm si solus ipse DEUM amare studuisset) *quo modo magis placent* (uti fit, si cum magna alacritate, diligentia, & constantia opus peragant; hæc enim omnia magnam iterum in amante æstimationem DEI, & adhæsiorem ostendunt) & *quia magis placent*, id est, purissimè propter ipsius beneplacitum, unde ex hoc capite tantò perfectior est amor

amor, quanto minus solatij, vel proemij à creatura  
rat, vel capit.

IV. Tertium est, quod ex hac unione vel  
fectissima regula cujusque hominis profectus in  
tione sit metiendus. Pro quo notandum ex  
ma. Perfectionem caritatis ex parte diligentis  
perfectam esse, quando diligit quis tantum, quod  
potest, quod contingit tribus modis. Primus est  
tum cor hominis actualiter semper feratur in DEO  
& hæc est perfectio caritatis in patria, in via autem  
nariè possibilis non est ob humanam infirmitatem  
cundus modus est, ut quis totum cor suum habitum  
figat in DEO, ita scilicet, ut nihil cogitet, vel velit,  
divinæ caritati sit contrarium, quale est solum per  
mortale; & hæc caritas est de necessitate salutis.  
tius modus est medius inter hos duos, ad quem  
requiruntur. 1. Ut, quandoquidem aliquis se  
actualiter in DEUM ferri non potest, conetur se  
quantum necessitas præsentis vitæ patitur, actu  
cum DEO uniri, uti S. Thomas pulchrè docet,  
ait: *In Cælo una & continua & sempiterna operatio  
mens hominis DEO conjungitur; sed in hac vita, quod  
rùm deficiamus ab unitate & continuitate talis operatio  
tantum deficiamus à beatitudine & perfectione. Licet  
homo non semper actu operetur hujusmodi operatio  
tamen quia in promptu habet eam, semper potest operari  
& quia etiam ipsam cessationem, puta somni vel occu-  
tionis naturalis ad prædictam operationem ordinat,  
videtur continua operatio esse.* 2. Requiritur, ut  
& affectiones sic aliquis habeat mortificatas, ut ab  
vix aut parùm impediatur vel retardetur ab unione  
DEO, sed potiùs fruatur pace interna, quæ est

creaturus perfectæ caritatis. Atque hæc perfectio in hac vita haberi potest, non tamen præcepta est, sed solum sub consilium cadit. Et ex hac potissimum profectus colligendus est, quo enim magis accedit ad primum gradum, scilicet Beatorum caritatem, tantò major perigentis fectionis censetur.

Atque ex his tribus solidissimis fundamentis, in quibus cardo & substantia totius propè asceseos vertitur. Colligitur I. Cur caritas inter omnes virtutes excellentissima dicatur, nempe, quia DEUM attingit, ut in ipso sistat, & non ut ex eo nobis aliquid proveniat, uti S. Thomas docet. Cur item sine caritate reliquæ virtutes nihil æstimentur, nimirum quia per ipsam homo & omnes ejus actus & virtutes ad ultimum finem diriguntur; quam ob causam etiam à SS. PP. & Ascetis Regina & forma virtutum reliquarum dicitur, quia scilicet omnes, ut supernaturalem bonitatem habeant, ipsi in ordine ad finem suum consequendum servire debent, atque ab ipsa velut radice prædictam bonitatem supernaturalem accipiunt.

Colligitur II. Ex iisdem tribus fundamentis sequentia sex Axiomata erui posse, non parùm servitura Ascetæ ad perfectionis studium prosequendum. Primum est: *Nemo bonus nisi solus DEVS*, quia in DEO tanquam fonte reperitur vera bonitas. Secundum: *Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas, præter amare Deum.* quia ad imaginem DEI facta anima rationalis cæteris rebus occupari potest, repleti non potest, ut rectè dixit S. Bernardus. Tertium: *Minus DEVM amat, qui aliquid præter ipsum amat, quod propter ipsum non amat.* Quia hoc ipso ostendit, se dignam de DEO æstimationem non habere, ut qui in ipso tanquam fonte verum

gau-

gaudium haurire non malit. Quartum: *Nemo lesus nisi peccatum*: quia scilicet hoc solum privatur bono, aut certè minuit conjunctionem cum illo. Quintum: *Nemo leditur nisi à seipso*, quia nemo iniuriatur peccatum cogi potest, à quo solo, ut dictum, verum timeri debet. Sextum: *Non est pax impiis*, quia res quævis non nisi in centro suo quiescat, impietatem à DEO velut centro suo discedat, hoc ipso sperare non potest.

## §. IV.

*De Dilectione Proximi.*

I. Est Virtus, quâ Proximus (id est, omnino) diligitur propter DEUM; ob quam Caritatem DEI revocatur, cum idem cum ea obiectum formale habeat; de qua Sequentia quinque Articulis cognoscere debet.

II. Primum est, ut bene apprehendat regulam secundum quam formanda & regulanda hæc proximi dilectio, quarum prior in Levitico dicitur his verbis: *Diliges proximum tuum, sicut teipsum*. Pro qua regula rectè applicanda, sapienter notat Thomas: amorem sui esse duplicem. Primum inordinatum & malum, quo quis exteriorem duntaxat carnem & carnem, quam bestiis communem habet diligit. Secundò ordinatum & bonum, quo quis diligit excellentiam interioris hominis, & vitam secundum rationis præscriptum instituit. Et secundum istum regulanda est nostra dilectio, uti pulchre dicit S. Augustinus, dum ait: *Prius vide, si nosti diligere teipsum, & tunc tibi commendato proximum, quem diligere*

Nullus enim, sicut te ipsum; si autem nondum nosti diligere te, timere meo, ne decipias proximum sicut te. Unde secundum hanc regulam teste S. Prospero, tunc diligimus proximum, quando ad mores bonos: & ad vitam aeternam sequendam, sicuti nobis, saluti eorum consulimus: quando quos in eorum peccatis, & periculis cogitamus, & sicut notis, impioribus subveniri optamus, ita eis pro viribus subveniamus. Addit Ludovicus de Ponte, quando jucundam & gratam cum eo conversationem instituímus, & perfectam concordiam servamus.

Posterior regula à Christo data est his verbis: *Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.* Secundum quam proinde proximum diligimus, eos non ob eorum merita, sed sola charitate impellente diligamus; si bona gratiæ & gloriæ, ipsamque perfectionem ipsis optemus, & pro viribus procuremus: Sed non tantum bona, delicias & honores, sed ipsam etiam vitam propter spirituale illius bonum amittere parati sumus: si onera ipsius portemus, & in nos suscipiamus, sicut Christus languores nostros tulit, & dolores nostros portavit in corpore suo super lignum: ut in finem usque hanc dilectionem cum Christo continueremus. Ita S. Paulus dilexit proximum, quemadmodum ipsemet testatus est. *Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo: optabam enim anathema esse à Christo pro fratribus meis: Et quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?*

III. Secundum est, ut bene cognoscat summam perfectionem, hujus dilectionis, quæ quidem in perfectissima unione consistit. Pro qua intelligenda notandum est, ex Ludovico de Ponte, quinque unionis gradus posse assignari. 1. Est intellectus & judicij, ut

G

scili-

scilicet in iisdem veritatibus credendis, & præceptis, & præceptis, & præceptis,  
 mittendis conveniamus, quemadmodum S. Paulus ad Corinthios  
 hortatus est Corinthios dicens: *Obsecro vos, fratres mei, per nomen Domini nostri IESU Christi, ut idipsum persequamini omnes, & non sint in vobis schismata, sed sitis omnes perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Si tamen  
 gradus est voluntatum & cordium, sicut olim in ecclesia  
 titudinibus credentium cor unum erat & anima una, quem gradum  
 hortatus est S. Paulus ad Philippenses dicens: *Si qua consolatio in Christo, si quod solatium  
 caritatis, si qua societas spiritus, si qua viscera misericordie, implete  
 gaudium meum ut idem sapiatis, eundem sensum habentes, unanimes  
 idipsum sentientes, non ad contentionem, nec per inanem gloriam  
 facientes, sed quæ aliorum sunt, singuli considerantes, sed quæ  
 aliorum sunt, singuli considerantes, sed quæ aliorum sunt, singuli considerantes,  
 tuius gradus est unionis cum ipso DEO, ut unionem unam  
 sit divina, & non humana, quem gradum præcipit Christus illis  
 verbis: *Sicut pater in me, & ego in patre, & ipsi in nobis unum sunt,*  
 id est, ut sicut ego, & tuos in me, id est, ut sicut ego, & tuos  
 dem essentiam habemus summam unionem in me, id est, ut sicut ego,  
 voluntate, & executione, ita & ipsi in nobis esse, id est, ut sicut  
 habeant per voluntatis suæ cum nostra concordiam, id est, ut sicut  
 Quartus gradus est unionis; ratione carnis esse, id est, ut sicut  
 cum divinitate unitæ in SS. Sacramento altaris, quem locutus est  
 S. Paulus dicens: *Vnus panis, unus caliculus, unus corpus sumus,  
 omnes qui de uno pane participamus.* Quintus tandem gradus est  
 unionis, propter eundem statum perfectionis, de qua præcipue Christus  
 locutus est, dicens: *Ego pater sum in eis, sicut tu in me: & qui  
 consummati in unum, id est, ut omnes hos quinque gradus  
 conjungant cum magna constantia & perpetua.**

præceptum, ad similitudinem perfectissimæ unionis, quam di-  
vinæ personæ inter se habent.

Et hæc perfectio præcipuè in Religiosis statibus re-  
peritur, in hac enim maiori cum sollicitudine procura-  
tur subjectio proprii iudicij, abnegatio propriæ volun-  
tatis, familiaritas cum DEO per orationem, frequen-  
tia magis quieta & pia S. Communionis, & renunciatio  
rerum omnium, & inordinati ad eas affectûs, ex qui-  
bus omnes dissensiones oriuntur, ex quo rectè colli-  
gunt Ascetæ, amicitiam nullibi perfectiorem, quàm in  
Religiosis veris reperiri, utpote de quibus potissimum  
dicitur, quòd amicorum omnia sint Communia. Ut  
adeo meritò dixerit Apostolus. *Super omnia autem  
caritatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax  
Christi exulet in cordibus vestris, in quo & vocati estis  
in uno corpore.*

IV. Tertium est, ut bene etiam cognoscere stu-  
deat uniones malas, siue amicitias particulares, quarum  
tres species rectè à P. Rodriguez assignantur. Prima  
est, quando æquales se majori quadam propensione  
ob titulum, non in spiritu, sed in carne & sanguine  
fundatum amant, quam quidem amicitiam S. Doro-  
theus ut amicitiam Diaboli fugiendam docet, utpote  
quæ spiritum corrumpit, & profectûs sui Zelum extin-  
git. Imò juxta Basilium in Religionibus mille odio-  
rum, invidiarum, suspicionum, inimicitiarumque est  
seminarium, causa item divisionum, circularum, clan-  
dulariorum congressuum, conspirationum, & pestis  
Ordinum deterrima, utpote prævaricatrix omnium  
Regularum, & bonorum omnium expultrix. Unde  
sequendum prudens S. Dorothei consilium: *Si profi-  
cisci cupias, unicum habe socium, unicum amicum,  
DEVM,*



DEVM, & qui DEVM timeat, & cum eo loquitur  
 & converferis: Et is in domo DEI inops fit, in  
 autem Divinis dives & plenus. Quod si dixerimus  
 se loqui, de bonis rebus, & sibi mutuo prabere bona  
 filia, meminerint, non placere DEO sacrificium  
 alieno igne offertur, & silentium obligare, ut certis  
 poribus etiam à bonis abstineamus, ne, ut S. Augustinus  
 advertit, prolabamur in mala, transeuntes à virtutibus  
 nis, sed tempore prohibito, dictis, ad otiosa, & in  
 & ex his etiam ad noxia. Secunda species est, quando  
 aliquis ex desiderio ascendendi ad splendida & in  
 in Religione officia, ijs se plus æquo adjungit, & in  
 affigit, qui muniis illis & honoribus consequendis  
 procurandis magis videntur idonei, quæ species  
 tò lues pestilentissima censetur; nam domus, quæ  
 teriùs pontibus & sustentaculis nititur, ruinæ præ  
 est: & arbor palo alligata, satis ostendit, firmas  
 in terris se necdum egisse. Certè Parasitorum, &  
 latorum propria sunt talia officia, non Religio  
 & argumentum minimè fallax præbent, sub religio  
 Pallio superbum, sæcularem, & vanum animum  
 Unde prudenter iterum S. Dorotheus monet  
 rioribus, Præfectis, & Ducibus tuis subditus esto, & im  
 miam illorum consuetudinem de vita; est enim  
 quidam, qui desides & vecordes in perditionem & in  
 rum adducit. Tertia species est, quando certarum  
 sonæ uniunt sese, coeuntque ad inducendas in  
 munitatem inauditas novitates, ordinationesque  
 enter à majoribus institutas, convellendas, quam  
 citiam proinde, ut S. Bernardus in simili loquitur,  
 munitas expressius plangit, sentit differentius & vigi  
 tius cavendum existimat, utpote intestinum & domum  
 cum malum.

V. Quartum est, ut bene cognoscere studeat  
 potiora officia caritatis; quæ quidem aptè per similitu-  
 dinem corporis & membrorum explicantur, juxta illud  
 Apostoli. *Vos estis corpus Christi, & membra de mem-*  
*bro.* unde sicut tunc Corpus bene constitutum cen-  
 setur, si caput erga membra, & hæc erga caput, aliæque  
 commembra officium suum præstant, ita tunc quoque  
 caritas censetur perfecta in communitate, si superior  
 respectu inferiorum, & hi erga superiorem & æquales,  
 membrorum & capitis officia imitantur. 1. Itaque  
 sicut caput suavem imperandi modum habet præeun-  
 do plerumque, aut comitando ad labores; & sicut ne-  
 cessarium alimentum spirituum & sanguinis liberaliter  
 reliquis membris dividit; dolentibus verò & afflictis  
 valde compatitur, & efficaciter, quantum est ex se,  
 morbos depellere nititur; ita simili modo Superior er-  
 ga subditos se gerat. 2. Sicuti membra inferiora ca-  
 piti aliquid imperanti celerrimè obediunt: mirè amant,  
 & defendunt, & se pro illo ictibus exponunt: singula-  
 riter denique reverentur; ubi maculatum est, abluunt:  
 si erubescit, tegunt; si insigne aliquod facinus ab ijs est  
 factum, illi honorem relinquunt, & coronari sinunt;  
 ita similia quoque officia Subditi erga Superiores exer-  
 ceant. 3. Sicut membra æqualia summam conjun-  
 ctionem retinent, omnemque etiam minimam divisio-  
 nem fugiunt: se mutuò supportant, ita ut nunc pes,  
 nunc tergum aut latus, nunc alia pars totum pondus  
 sustineat, & summè se defendat, ita ut si flamma pedem  
 aut manum unam corripit, mox alterum depellere ni-  
 tatur, si occulta pars revelatur, mox alterum membrum  
 tegat; ita hæc ipsa ejusdem communitatis Religiosi er-  
 ga se observare studeant, sibi que illud Apostoli dictum

G 3

appli-

applicent: ante omnia mutuam in vobismetipsis recipi-  
tem continuam habentes.

VI. Quintum est, ut bene cognoscat, aliam  
etiam doceat circumstantias ad primum actum  
actionis, scilicet correctionem Fraternali requiritur  
quæ sunt quinque potissimum, quarum prima pertinet  
ad ipsum morbum, ut scilicet non suscipiatur cor-  
morbi ad se non pertinentis, aut incogniti, aut per  
integro emendati. 2. Ad Tempus pertinet, ut  
cet non suscipiatur correctio, cum vel corrigens  
iratum se advertit, aut certè peccantem iratum  
videt; ut non assiduè aut statim semper corrigens  
paulatim emendare studeat, nisi fortè periculum  
mora sit. 3. Ad locum pertinet, ut scilicet, quæ  
ram omnibus peccantur, coram omnibus corripiantur  
ut omnes timeant: quæ autem secretò patrata sunt  
cretò corripiantur. 4. Ad modum pertinet, ut  
cet principiis obstitatur: ut ad radicem excindenda  
tendatur: ut non acetum semper severæ increpationis  
adhibeatur, sed oleum etiam mansuetudinis & lenitatis  
miscetur, sicque regat vigor disciplinæ mansuetu-  
nem, & mansuetudo ornet vigorem, & sic  
rum commendetur ex altero, ut nec vigor sit  
dus, nec mansuetudo dissolvatur. 5. Ad finem per-  
tinet, ut scilicet cum intentione solius gloriæ Dei  
& salutis proximi ea correctio suscipiatur; &  
fectus quicumque à Divina manu cum magna tran-  
quillitate suscipiatur. Huc etiam pertinet, ut be-  
apprehendantur causæ obligantes tum ad correctionem  
faciendam, quales sunt, v. g. honor DEI, bonum  
rituale Fratris peccantis, & bonum Cōmunitatis quæ  
ex tali correctione dependet, imò & bonum ipsius cor-  
ripit

etipis eripientis, quod ex correctione legitimè suscepta merito sperare potest; tum ad eandem æquo animo ferencat, aliam, quales sunt præter paulò antè allatas, incrementum insigne humilitatis, patientiæ, & caritatis.

## §. V.

## De Zelo animarum.

I. Est juxta S. Bernardum l. 58. in Cant. intima quædam Stimulatio Caritatis, piè nos sollicitantis, æmulari fraternam salutem, æmulari decorem Domûs Domini, incrementa lucrorum ejus, incrementa frugum Justitiæ ejus, laudem & gloriam nominis ejus. De quo Sequentia Ascetæ bene ponderanda sunt.

II. Primum est, ut bene cognoscat conditiones Zeli, quarum prima est, ut *universalis* sit: id est, talis, ut S. Bernardus explicat, qui vulgus non spernat, sed doceat: divites non palpet, sed terreat: pauperes non gravet, sed foveat. Secunda, ut sit *ordinatus*: ut primam curam nostræ, deinde alienæ salutis habeamus, ad exemplum DEI, de quo ait S. Joannes: & nos de plenitudine ejus omnes accipimus. Disce ergo & tu non nisi de pleno effundere, nec DEO largior esse velis, inquit rectè S. Bernardus. Huc etiam pertinet, ut inter plures proximos, qui magis pietatis, vel justitiæ, vel necessitatis majoris titulo sunt conjuncti, præferamus; quem effectum & affectum experta Sponsa dixit: Introduxit me Rex in cellam vinariam, & ordinavit in me caritatem. Tertia est, ut *discretus* sit: DEUS enim, ut S. Bernardus ait, vult se (& alios) amari non tantùm dulciter, sed etiam sapienter. Unde Apostolus ait: sit rationabile obsequium vestrum. Nec ha-

bet callidus hostis machinamentum efficacius atque,  
 lendam de corde dilectionem, quam si efficere pexspe  
 ut in ea incaute, & non cum ratione ambuletur. Cris,  
 ta est, ut sit *benignus & suavis* potius, quam *asper* non  
 nam homines in vinculis caritatis, & funiculis tenent,  
 Adæ, id est, Christi trahi cupiunt, & efficacius sub benigno  
 Hinc DEUS B. Mariæ Magdalenzæ de Pasis dicitur  
 maximè felix Spiritus, qui hodie regnat in terra, citales  
 S. Ignatij, quia ejus Filij in conducendis animabus quam  
 DEUM præcipuè procurant dare notitiam, quæ cum  
 pere sit gratum ipsi DEO, & quanti sit momentus à  
 rendere operibus internis, & internè tractare consistat  
 DEO, quia hoc exercitium facit, ut cum facilitat. I  
 arduas & difficiles, homines amplectantur propter in  
 men, quod recipit anima à DEO, à quo nascitur gloria  
 quia omnem amaritudinem in dulcedinem converte  
 Quinta est, ut sit *perseverans*: nam gutta cavat lapidem  
 non vi, sed sæpe cadendo; hinc S. Chrysostomus, plura  
 solum semel, inquit, atque iterum hoc facite, sed *sepe*  
 per. Nam etsi verbis tuis non obtemperat, postea & S.  
 temperabit; iterum te videns urgentem fortè erire,  
 scet, & reveritus tuam curam ab his, quæ te offendunt DEU  
 desistet. Et alibi addit: quandoquidem & illud odit  
 biò sit, ut Piscator, qui per totum diem vacuum scuto  
 traxit rete, sub noctem jam abire parans, capto, ostro  
 per totam diem ipsum fefellerat, pisce descendat. Etiam  
 nim si Agricola protinus ab Agricolatione resiliat, quigo  
 semel atque iterum acciderit æcis inæqualitas, *famorati*  
 brevi periremus omnes. Hinc S. Franciscus Xaverius  
 rius monebat Animarum Cultores, ut non fortitudine  
 quàm perseverantiùs perferrent eorum vitia, infirmitate  
 tem sustinerent, frugemque sementis factæ, laborum orat  
 que

acius que, quamvis seræ spei, fructum, velut boni Agricolaë  
 icere pexpectarent, non ignari, eos, qui seminant in lacry-  
 etur. Omnis, in exultatione messuros. Quòd si talibus initio  
 am non uterentur, quales expeterent, ita se cum illis gere-  
 culis serent, ut cum improbis Filijs, suis boni Parentes, DEI  
 acius se beniguitate freti, qui hominem mentes suo demum  
 zis dicatempore ad bonam perducit frugem, non diffident,  
 terra, etiales aliquando fore, quales expeterent. Proinde nun-  
 nimabquam definerent, eos omni studio colere, præsertim  
 n, quæcum DEUS omnium communis Pater, quamvis læ-  
 omentus à nobis, benignè tamen facere omnibus non de-  
 actare distat.

III. Alterum est, ut bene cognoscat, & præpa-  
 proparet instrumenta, quibus potissimum utendum est ad  
 citur angloriam Divinam & animarum salutem procurandam;  
 convequæ quidem breviter, sed rectè S. Bernardus assignavit  
 at lapidicis: Nunc autem manent tria hæc, verbum, exem-  
 omus, plum, oratio, major autem horum oratio; ea namque  
 e, sed operi & voci gratiam & efficaciam promeretur. Hinc  
 postea & S. Chryostomus, poterimus, inquit, alios corrige-  
 rtè erite, si ad preces semper confugiamus, & oremus  
 ffend DEUM, ut det sermonem sapientiæ & intellectum au-  
 illud odit, certamque & inde probabilem hujus depositi  
 acuum custodiam; sæpe enim contingit, ut, quæ studio no-  
 cepto, astro corrigere non possumus, ea per preces efficere va-  
 dat. Eneamus, per preces, inquam, perpetuas. Primum er-  
 liat, quo & primarium Operarij Dominici instrumentum  
 ras, favoratio est, de qua rectè S. Augustinus dixit: Munus  
 us Xaruum ut præstet, (operarius Evangelicus) magis pie-  
 n fortis tate opus est orationum, quàm oratoris facultate, ut  
 in firmo orando pro se, & pro alijs, quos est allocuturus, sit  
 laborum orator antè, quàm Dictor. Hinc S. Maximo teste,  
 que.

Divus

Divus Paulus ultra humana raptus in tertium caelestia cognovit, ut Ecclesiarum secreta coelestia cognovit, ut Ecclesiarum  
 Doctor inter Angelos disceret, quae inter homines praedicaret. Alterum instrumentum sermo est; S. Paulus dixit: Vivus autem est sermo DEI, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens que ad divisionem animae ac Spiritus, compagumque ac medullarum, & discretor cogitationum attentionum cordis. Duplex est autem, publicus & privatus, uterque perutilis & efficax, si recte in-  
 tur, sed posterior, quia familiarior, & praesentior cum quibus agitur, necessitati plerumque accommodatior, merito efficacior quoque censetur; plures enim proficit sermo, qui minutatim irrepsit, teste Seneca; hinc P. Petrus Faber Germanus in hoc ponebat omnia, in hoc haerebat, & haerebat; nimirum virtus bonum consilium est, ut Seneca discurret; consilium autem nemo clamore Aliquando utendum est & illis, ut ita dicam, in-  
 nibus, ubi, qui dubitat, impellendus est. Ubi hoc non agendum est, ut velit discere, sed ut discat haec submissiora verba veniendum est. Facilius trant, sed haerent: nec enim multis opus est, sed cacibus: seminis modo spargenda sunt, quod quod sit exiguum, cum occupavit idoneum locum, suas explicat, & ex minimo in magnos auctus diffunditur. Duo tamen circa hunc sermonem praecipue sapientissimis illis Zelosissimisque Operarijs S. Ignatio & Francisco Xaverio observata, quorum prius Ignatio dictatum, est, ut caveatur, ne de rebus divinis ineptè & ad satietatem ac fastidium agatur. Alterum à S. Xaverio commendatum, est, ut caveatur

ne nimia quædam gravitas suspicionem præbeat reverentiam exigentis arrogantia, sed potius facilitatem vultus præferat, affabilitatemque sermonis; nam, teste Cicerone, difficile dictu est, quantopere conciliet animos hominum, comitas affabilitasque sermonis. Tertium instrumentum est *Exemplum* seu vitæ Sanctitas: quia sermo vivus, ut loquitur S. Bernardus, & efficax exemplum est operis, plurimum faciens suadibile, quod monstratur; quia plures homines oculis credunt, quam auribus, Senecâ teste. Neque difficile æstimatur, quod jam factum conspicitur, ut S. Ambrosius loquitur. Alias duas hujus doctrinæ rationes affert S. Gregorius, dum ait: Fit plerumque in audientis animo duplex adjutorium in exemplis Patrum, quia si ad amorem venturæ vitæ ex præcedentium comparatione accenditur, & si se aliquid esse existimat, dum meliora de alijs cognoverit, humiliatur. Optimam autem hujus rei rationem affert S. Ignatius, quia scilicet ejusmodi vitæ Sanctitas hominem cum DEO conjungit, efficitque adeò ut in illo verificetur illud promissum Christi: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere. Atque hæc tria instrumenta ipse Sponsus in Canticis indicasse videtur per verba illa: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Etenim teste S. Bernardo, meritò columba dicitur, quæ pro suis & aliorum delictis in oratione gemens & supplicans, divinam sibi misericordiam conciliare non cessat. Meritò Amica dicitur, quæ Sponsi lucra studiosè ac fideliter prædicando, consulendo, ministrando conquirat. Meritò quoque formosa, quæ cælesti desiderio fulgens, super-



supernæ contemplationis ( & boni exempli ac  
vitæ ) decorem se induit.

IV. Tertium est, ut cōgnoscat tentationes ne  
bus plerumque hic Zelus impeditur, aut minuitur, ut  
quidem ad tres præcipuè revocantur. 1. Est, non el  
dentia de divina gratia, & nimia in proprijs vii fece  
confidentia, ratione cujus multis evenit, quod gloria  
& Aarōni dixit DEUS: quia non credidistis mihæ, se  
sanctificaretis me coram Filijs Israhël, non intro  
hos populos in terram, quam dabo eis. Cui post  
tentationi ut occurratur, magna de vocatione d  
& quæ  
æstimatio concipienda est, illudque pro certo labor  
dum, quòd DEUS, qui aliquem pro instrumentum vel co  
legit, possit etiam & velit id per eum efficere, quibuscu  
majorem suam gloriam facere decrevit. Hinc Pelarè  
thasar Alvarez dicere solebat, ex quo DEUS Respollo  
sum posuit, ipse eundem deducet, etiam cum proficiat  
Quòd si plus eum oneret, quàm ferre possit, sed q  
onerat, quia in se recepit supplere, quod illi deo vider  
igitur ego vellem, ut ipse manu sua aliquid mihic  
neret, quod meas facultates excederet, nam hoc ipse perm  
neretur id mihi dare. 2. Tentatio est, nimia  
vandi alios desiderium, etiam supra vires, unde  
non rarò tristitia & invidia suboriatur, si quis adve  
ac ali  
alios præclara opera efficere, se verò ob virium d  
mov  
lentorum defectum ad similia ineptum, vel infir  
ab al  
entem esse: cui proinde tentationi ut occurratur,  
delic  
quisque sibi firmiter persuadere debet. Primum  
suo,  
DEUM pro libitu sua talenta & officia distribuere,  
ut q  
que adeò imprudenter & inutiliter se aliquem ad  
mer  
nera offerre, ad quæ DEUS ipsum adhibere non  
Ber  
crevit, verendumque meritò, ne illud per Propher  
( R  
Je

pli ac Jeremiam & Oseam olim dictum audiant: Non mitte-  
bam eos, & ipsi currebant. Ipsi regnaverunt, & ex  
atione non Principes extiterunt, & non cognovi. Ven-  
inuitum seminabunt, & turbinem metent; culmus stans  
Est, non est in eo, germen non faciet farinam; quod et-  
prijs fecerit, alieni comedent eam. Alterum est, DE I  
quod gloriam & animarum salutem promovere, non huma-  
stis minax, sed solius divinæ virtutis opus esse, atque adeò labo-  
intromem & industriam hominum, ut Theophilus Bernar-  
Cui prolixius re & advertit, non aliud esse, quàm evocationem  
tione & quasi irritamentum divinæ gratiæ, quæ, si defuerit,  
erto labor omnis cassus & inefficax jacet; at si se vel ultro,  
rum vel copiosius effuderit, potest id omne sola quod qui-  
ere, quibuscunque adhibitis præstari aut sperari poterat, uti  
Hinc præclarè S. Paulus indicavit, dum dixit: Ego plantavi, A-  
US Repollo rigavit, DEUS autem incrementum dedit.  
m pro- Itaque neque qui plantat, est aliquid: neque qui rigat,  
ffit, sed qui incrementum dat DEUS. Cùm ergo pro-  
li de- videntiſſimus DEUS non laboribus magis, quàm  
mili- ardentibus precibus, aliarumque virtutum exercitijs  
hoc- permoveri soleat ad gratiam efficacem ijs, quibuscum  
nimum agimus, conferendam, non est sanè, cur quisquam li-  
unde- cet exiguis talentis præditus diffidat, se non perinde,  
is ad- ac alios tam DE I gloriam, quàm alienam salutem pro-  
rium & movere posse; maximè cùm aliunde etiam fructum  
el in- ab alijs ex suo labore hauſtum participet, quatenus vi-  
tratur delicet unum cum ijs corpus constituit, atque adeò si  
rimum suo, cuicumque tandem sedulo insistat officio, efficiat,  
tibuere, ut quemadmodum toti corpori, ita illi quoque velut  
em ad- membro talis fructus adscribatur. Quod totum S.  
re non Bernardus more suo præclarè confirmat dicens: Unum  
Proph- ( Religiosum ordinem ) opere teneo, ceteros caritate.  
Je  
Faciet

Faciet autem caritas (fidenter loquor,) ut ne quidem fructu frauder, quorum instituta non plus aliquid dicam: Tu tibi cautè age; potest fieri, quia frustra tu laboraveris; ut autem diligam bonum, quod operaris, fieri omnino potest. O quanta fiducia caritatis! alius ratur non amans; & alius amat nihil operari. Quis quidem suum opus perdit, illius verò caritas quam excidit: quia ut S. Leo optimè dixit, merito ditescunt proprio, qui profectu delectantur alieno. 3. Tentatio est, quòd fructus operatus non respondeat: cui tentationi facilè occurrentes, quentes tres doctrinas bene perpendat. 1. Quòd hoc ipso, quia fructus statim non responder, de eo desperandum sit. Nam, ut sapienter dicit S. Chrysostronus, non erexi quidem ægrotantes, sed men eos, qui valent, reddidi firmiores. Non ab quosdam à vitio sermo noster, sed tamen eos, qui virtute agunt, reddidit attentiores. Supra hæc addam tertium. Hodie non persuasi, sed fortè persuadere potero. Quòd si minùs cras, tamen perendie, aut quarto abhinc die fortassis persero. Qui hodie, quæ audivit, repulit, cras fortè audiet & recipiet; fortassis post dies complures perbit animum ijs, quæ dicentur. 2. Quòd magnitudinis fructus, satisfacere officio suo, & DEI voluntati implere; uti idem S. Chrysostronus pulchrè indicandum dixit: Utinam Oratio nostra aliquid profectum ferat. Quòd si post longam admonitionem in ipsa vitis perseveraverint, ne sic quidem nos desister illis, quòd rectum est, consulere, quandoquidem aquarum venæ, etsi nullus veniat aquatum, manant

men : & fontes , quamvis hauriat nemo , tamen scate-  
bras emittunt : & amnes , etsi nemo bibat , nihilò se-  
rius fluunt : sic oportet & illum , qui concionatur , quam-  
vis nullus auscultet , tamen præstare , quidquid in ipso  
scriptum est . Siquidem hæc lex nobis , qui sacri sermonis  
administrationem suscepimus , à benigno præscripta est  
DEO . In cuius doctrinæ confirmationem S. Ignatius  
hortabatur suos , ut exemplum Angelorum Tutelarum  
ob oculos semper haberent , qui , quos à DEO sibi com-  
missos habent , monent , quoad possunt , defendunt ,  
regunt , urgent , ad bonum juvant ; sed si voluntatis li-  
bertate abutantur illi , & in obsequentes ac obstinati  
sint , propterea tamen nullo anguntur mœrore , nullâ  
afficiuntur molestiâ dicentes : Curavimus Babylonem ,  
& non est sanata . 3. Quodd neque præmio suo labor  
sit cariturus , licet omni alio fructu destituatur , id quod  
memorabili sententia S. Bernardus Eugenio declaravit :  
Noli diffidere , inquit , curam exigeris , non curationem .  
Denique audisti : curam illius habe , & non : cura , vel  
sana illum . Verum dixit quidam . Non est in Medico  
semper , relevetur ut æger . At meliùs tibi propono de  
tuis . Paulus loquitur : plùs omnibus laboravi , non ait ,  
plùs omnibus profui , aut plùs omnibus fructificavi :  
Verbum insolens religiosissimè vitans . Aliàs autem no-  
verat homo , quem docuit DEUS , quia unusquisque  
secundùm laborem accipiet , non secundùm proven-  
tum . Ita quæso & tu fac , quod tuum est , nam DEUS ,  
quod suum est , faciet : Satis absque tua sollicitudine &  
anxietate curabit . Planta , riga , fer curam , & tuas ex-  
plevisti partes : Sanè incrementum , ubi voluerit , dabit  
DEUS , non tu : Ubi fortè noluerit , tibi deperibit  
nihil , dicente Scripturâ : Reddet DEUS mercedem  
labo-

labo-

laborum Sanctorum suorum. Securus labor, con-  
 nullus valet evacuare defectus. Quod ipsum verb. I  
 B. Virgo S. Birgittæ olim sequentibus verbis in fine  
 Amici DEI non habent attædiari in servitio DEI  
 laborare, ut homo malus fiat melior, & homo tam I  
 veniat ad perfectiora. Nam quicumque volumedia  
 haberet sibilandi in aures omnium transeuntium, ora  
 JESUS Christus esset verè DEI Filius, ac faciens  
 naretur, quantum posset, ad aliorum conversionem :  
 licet nulli vel pauci converterentur, nihilominus  
 dem mercedem obtineret, ac si omnes convertitio  
 tur. Sicut per exemplum dico tibi : Si duo merc  
 ex præcepto Domini foderent Montem durissim  
 & alius inveniret aurum electum, alius verò nihil  
 propter laborem & voluntatem digni essent  
 mercede.

### CAPUT III.

#### DE MORALIBVS VIRTVTIBVS

**H**Arum quatuor plerumque genera ab Ascetis  
 gnantur, de quibus S. Bernardus in lib. de co  
 ait : *Bonus circuitus est, si iustitia querit, Prudentia  
 venit, Fortitudo vendicat, Temperantia possidet,  
 iustitia in affectu, Prudentia in Intellectu, Fortitudo  
 effectu, Temperantia in usu.* Quid autem de his spe  
 liter scire Ascetam oporteat, in præsentis capite dicitur

#### §. I.

##### De Prudentia.

I. Est Virtus practica, per quam & finis huius  
 stus præfigitur; & media ad eundem obtinendum

labor, congrua eliguntur; brevius verò S. Augustinus de lib.  
ipsum. Rerum appetendarum, fugiendarumve scientiam  
bis in fine definit; de qua tria præcipuè Ascetæ sunt notanda.

DE II. Primum est, ut bene sciat officium & natu-  
homotam Prudentiæ, quod est, optimum finem & optima  
e volumedia præscribere, quem in finem tria potissimum tem-  
ntium. ora observat, uti Seneca notavit, dum dixit: Si pru-  
facient. dens fuerit animus tuus, tribus temporibus dispense-  
nveretur: præterita cogita, præsentia ordina, futura provi-  
dominabile. Primum per Cautionem, alterum per Circumspe-  
conventionem, tertium per Providentiam.

III. Alterum est, ut peritiam & dexteritatem ac-  
duriffimam acquirat, in primarijs tribus prudentiæ actibus, delibe-  
erò nihil. ando, scilicet judicando, & imperando, exercendis.  
essent. in quem finem proderit regulas aliquas in eorum exer-  
tio præ oculis habendas nôsse, quales quidem sequen-  
es esse poterunt. 1. Pro Consultatione; Prima: Fili-  
ni, sine consilio nihil facias, & post factum non pœni-  
TIBVS. bit. Secunda: In qualibet causa intra cum Moyse  
Afcetis. in tabernaculum ad consulendum Dominum, & au-  
b. de co. lies divinum responsum, & redibis instructus de mul-  
rudentis. tis præsentibus & futuris, propterea namque Josue &  
possidet. Filij Israël à Gabaonitis leguntur decepti, quia os Do-  
Fortitudo. mini prius non interrogaverunt, sed nimium creduli  
e his spe. dulcibus sermonibus, falsa pietate delusi sunt. Ter-  
pite dicit. tia: Multi sint tibi pacifici, & Consiliarius sit tibi unus  
de mille; scilicet vel DEUS, vel Superior, vel alius vir  
prudens, doctus, & rectus. Quarta: Deliberandum  
est diu, quod statuendum est semel: præcipuè si ejus-  
modi sit decretum, quod revocare non liceat. Pro  
finis ho. Electione sequentes servire possunt. Prima: Non  
ndum co. accipias, (aut appetas,) munera, (aut aliud quidpiam  
H ad

ad finem impertinens) quæ etiam excæcant prudentiam. Hinc Aristoteles manifestum est, inquit, quoniam possibile est prudentem esse, qui non sit bonus, quia virtutes comprimunt inordinatas passiones, quibus sincerum iudicium corrumpunt; tum quia quisque secundum affectum iudicat, uti Thomas Kempster advertit, dum dixit: sicut res nobis cordi est, sic frequenter iudicamus: nam verum iudicium per privatum amorem faciliter perdimus. Secundum: alteri in presenti negotio suaderes, prior ipse, nam caritas à seipso incipit. Hinc Livius Salinator consilio primus rogatus sententiam, neminem se posse dare posse consilium dixit, quàm eum, qui ipse suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, fecerit. Tertia: Fac modò, quæ quondam facta velis: præsertim mortis & iudicij tempore, uti Seneca tuis in regulis Electionis suavit. Quarta: Semper ferendum est, quod ad finem certius & abundantius consequendum juvat: Hoc autem ut cognoscatur, rationes pro utraque parte examinandæ & ponderandæ sunt. Cæteris autem paribus semper præferendum est commoda majora minoribus, universalia singularibus, duratura pereuntibus, certa incertis, securam periculis. Quinta: Melius est parvum bonum cum parvo malo, quàm magnum bonum cum magno malo; hoc est, eo ipso quòd magnum sit, omni studio fugiendum. Pro Imperio denique sequentes regulas observanda dedit. Prima: Periculosè differtur, quod semel eligitur; quia occasio calva est, & quovis serpentis lubrica: Felicitas consiliorum in velocitate electionis est posita. Secunda: Qui observat verum non seminat: id est, qui nimis cupit placere hominibus.

bus, & displicere reformidat, nunquam consilia prudenter concepta exequetur. Prima virtus Prudentis, hominum de se iudicia spernere. Si vis beatus esse, inquit Wido, hoc primùm cogita, æternorum intuitu contemnere, & contemni. Tertia: Magnarum rerum etsi successus non fuerit, honestus est ipse conatus; nec honestus tantùm, sed meritorius etiam, quia coronat DEUS voluntatem, ubi non invenit facultatem.

IV. Tertium est, ut præcipuas proprietates Prudentiæ bene intelligat, & observet, quarum tres sunt præcipuæ. Prima *simplicitas*: Quam Servator ipse indicavit, dum Apostolos monuit, ut essent prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ; nihil scilicet fraudis, aut sinistrae intentionis electioni aut consilijs admiscendo. Secunda *tarditas*: Certè Democritus Ætolus nullam rem tam inimicam esse consilijs dixit, quàm celeritatem: præcipitata enim consilia si in transversum agantur, nullâ pœnitentiâ in melius revocari possunt. Tertia *celeritas*: in executione videlicet, juxta commune proverbium, quo dici solet: diu delibera, citò facito.

## §. II.

## De Justitia.

I. Est habitus voluntatis ad suum cuique tribuendum inclinans; de qua Virtute Sequentia Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut, cùm justitia sit virtus ad jus suum cuique tribuendum inclinans, bene cognoscere studeat, quod sit jus illud, quod variis Personis tribuere debeat. Nimirum 1. DEO amorem, reverentiam,



tiam, obedientiam, gratitudinem. 2. Sanctis cultum, fiduciam, imitationem. 3. Superioribus reverentiam & obedientiam. 4. Parentibus pietatem, honorem & gratitudinem. 5. Benefactoribus beneficentiam, gratam memoriam, prædicationem & compensationem. 6. Senioribus & Majoribus observantiam. 7. Aequalibus concordiam & affabilitatem. 8. Superioribus prudentem directionem, liberalem sustentationem, discretam correctionem. 9. Pauperibus compassionem, misericordiam, & liberalitatem.

III. Secundum est, ut magnam de necessitate utilitate hujus virtutis æstimationem tum ipse concipere & efficere poterit. I. S. Scripturæ seu Salomonis centis: Rex justus erigit terram, Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternū firmabitur, & sapientum Ethnicorum: nam, Plutarcho teste, nihil egregium, nihil tam proprium Regis (quidni cuiusque civitatis Christiani?) esse videtur, quàm justitiæ operam. Cuiusmodi iudicium, jus & æquitas sunt vincula civitatum: & fundamentum perpetuæ commendationis & famæ existit, sine qua nihil potest esse laudabile. In hoc Augustum: pietate & justitia Principes Dei funtionem omnium hominum: nam, ut Cicero rectè advertit, hujus virtutis vis est, ut nec ij quidem, qui maleficis scelere pascuntur, possint sine ulla particula justitiæ vivere. Hinc Hesiodus prudenter conclusit;

Hâc una Reges olim sunt sine creati,  
Dicere jus populis, injustaque tollere facta.

IV. Tertium est, ut regulas quasdam discat, & atque ad justitiæ perfectionem obtinendam opponat, quales sequentes à Lipsio in Politicis assignantur.

1. Nihil in penatibus venale sit, aut ambitioni perviū;  
 quia hæc duo vitia sunt extremus hostis justitiæ. 2. Cau-  
 sas reosque semper audire oportet: quia inauditi ac  
 indefensi, tanquam innocentes pereunt, Tacito teste.  
 3. Novæ leges parcè ferendæ: nam & illud verum  
 Taciti effatum: Corruptissimâ republicâ plurimæ le-  
 ges; certè si hoc ævum aspicias fateare, ut antea flagi-  
 tiis, sic nunc legibus laborari. 4. Leges ab ipso Le-  
 gislatore accuratè observentur: nam in his, juxta Ari-  
 stotelem, salus reipublicæ sita est. Et, ut sapienter nota-  
 vit Seneca: Minimum decet liberè, cui nimiùm licet.  
 5. Justitiæ rigor clementiâ temperandus: nam invisa  
 imperia nemo retinuit diu.

V. Si tamen pœna infligenda sit, juxta sequentes  
 regulas exigatur. 1. Tardè veniendum ad supplicia:  
 propè enim est, ut libenter damnet, qui citò, Seneca  
 teste; præstatque, Cicerone monente, vitiosas partes  
 sanare, quàm exsecare. 2. Non nisi publica utilitate  
 suscipienda: aut certè, si propria res Vindicantis agitur,  
 dissimulet, ac vultum induat tanquam invitus, ac cura  
 magno tormento ad castigandum veniat. 3. Ad exem-  
 plum omnia referenda, non ad ultionem: itaque ab ira  
 absteatur; nam quis membra sua odit, cùm abscindit?  
 4. Pœnæ sint è moribus receptoque ritu: nam lædit,  
 quidquid in his novum aut nimiùm; crudelèsque me-  
 ritò censentur, qui puniendi causam habent, non mo-  
 dum: oportet, inquit Aristoteles, supplicia more Pa-  
 trio sumi. 5. Æqualitas servetur: n si fortè ali-  
 ud in nobilibus prudentia suadeat; nam & à Me-  
 dicis quanquam in adversa valetudine nihil servi à li-  
 beris differant, molliùs tamen liberi clementiùsque  
 tractantur, ut sagaciter advertit Plinius. 6. Nun-  
 quam

quam Legislator ipse per se supplicia exigit: nante Xenophonte, ubi pœnarum aut coërcitionum est, aliis id delegandum, ubi præmiorum aut rerum, ipsi obeundum; hinc Nero, Senecâ testis traxit oculos, iussitque supplicia, non spectavit, rarum supplicium à multitudine exigendum sit, et uno ictu feriantur, Lipsio, Tacitôque suaserunt repetita & frequens vindicta, paucorum coërcitum reprimit, omnium irritat. Incide semel, inquit, ut, quidquid incidendum est, & tum malagmata bene hæc bina: prius beneficiis in alios auctam laudem tuam testificare; & tum vindictam in rerum malis ministros derivato; gaudet enim vulgus, nec iram in iræ ministros, nec ullam potentiam scelestam cuiquam esse diuturnam.

### §. III.

#### De Timore DEI.

- I. Est Virtus, quâ quis DEUM offendere met; de qua tria Asceta bene apprehendere, aliique culcare debet.
- II. Primum est, ut bene discernere discat tres generum timorem, Servilem, Mercenarium, & Filiale, & suis quemque momentis æstimare nôrit. Sciatque, etsi priores duo timores minùs perfecti sint, tamen propterea minùs utiles censendos, aut omnino negligendos esse, cum & bonum habeant objectum, scilicet incolumitatem sui, & fructus optimos, dum à peccato retrahunt hominem, & viam ad justitiam & caritatem parant, uti præter alios clarè Cassianus docuit, dum dixit: Est gradus cuiusdam profectus, dum vel pœnarum metu, vel præmiorum spe incipit.

mus vitia declinare, ad caritatis gradum transire possimus. Hinc & Isaias testatur: à timore tuo concepimus Spiritum salutis. Rectè tamen idem Cassianus monet, in hoc timore non sistendum, sed ad illum sublimiorem timorem gradu excellentiore conscendendum, quem non pœnarum terror, non cupido præmiorum, sed amoris generat magnitudo, quo vel tenuem amoris formidemus offensam, atque in omnibus non solum actibus, verùm verbis, attonita semper pietate distendamus, ne erga eum quantulumcunque fervor dilectionis illius intepescat.

III. Alterum est, ut causas hujus salutaris timoris bene cognoscat, ponderetque, quæ quidem ad duo præcipuè capita generalia revocari possunt, nempe ad *abyssum Judiciorum Divinorum*, quæ tum antehac jam in Angelis, & præcedentibus hominibus declaravit, tum quotidie manifestare non cessat; tum denique in particulari & extremo omnium hominum judicio potissimum manifestabit; de quibus proinde rectè dixit S. David: *Judicia tua abyssus multa.* Et ad *abyssum sui nihil & imperfectionis*, de qua abyssus rectè dixit iterum Psalmista: *Abyssus abyssum invocat.* Tali nempe ordine, ut S. Bernardus advertit, salubriter innotescit DEUS, cum prius se homo noverit in necessitate positum, & clamabit ad Dominum.

IV. Tertium est, ut utilem sciat praxin hujus timoris, quæ in tribus præcipuè industrijs consistit. 1. Ut magna cum discretionem concipiatur; etenim vera sapientia à timore incipit, nec est sapientia spiritualis sine timore DEI, ita timor DEI sine sapientia esse non debet, ut rectè advertit S. Ambrosius, qui & addit, ideo Isaiam omnibus alijs donis Spiritûs Sancti eum

postposuisse, ut significaret, timorem DEI in  
 per sapientiam, intrui per intellectum, confil  
 gi, virtute firmari, cognitione regi, pietate demob  
 2. Ut semper cum spe prudenti jungatur; id regula  
 Gregorius à DEO illis verbis: Non accipies *est v*  
 gnoris molam superiorem & inferiorem: signifi *guli*  
 putat, sic enim loquitur: Spes ad alta subvehit, Hier  
 autem cor inferiùs premit: una mola sine altera *tur:*  
 ter habetur. Peccatoris ergo in pectore semp *cund*  
 bent spes & formido conjungi, quia incassum *spe &*  
 cordiam sperat, si iustitiam non timeat: & inc *quar*  
 metuit, qui non confidit. Hinc Glossa in cit. *magi*  
 ait: Qui prædicat Peccatori tantâ dispensatione *semp*  
 dicare debet, ut non relictâ spe timorem subtrahat *quod*  
 subtractâ spe timorem relinquat. 3. Ut pietati *com*  
 citio fructuosum & efficacem timorē faciat; qual *tæ c*  
 est iste timor, inquit S. Gregorius, si cum eo *font*  
 non est? qui enim misereri proximo ignorat, qui *man*  
 pati ejus tribulationibus dissimulat, hujus timor *i. M*  
 omnipotentis DEI oculos nullus est, quia non sub *B. V*  
 tur ad pietatem. *bet q*  
*est L*  
*lius,*  
*S. B*

## §. IV.

*De Cultu B. Virginis, seu Hyperdulia*

- I. Est cultus quidam Superior, qui B. Virgini  
 propter singularem suam supra alios Sanctos excelle  
 tiam debetur; de quo Sequentia Ascetæ sunt notanda  
 II. Primum est, ut bene nôrit *Regulas*, quas  
 PP. Theologi, & Ascetæ assignare solent ad excelle  
 tiam B. Virginis clariùs, solidiùsque demonstrandam  
 quæ quidem ferè sequentes sunt. *Prima Reg*  
*Qu*  
*lium*  
*nem*  
*fuer*  
*ficti*  
*nibi*  
*Ber*

DEI infirmitate concessum (modo sexui non repugnet) id totum B. Virginitate demobiliori & perfectiori modo fuit collatum. Quæ re-  
 t; id regula clarè tradita est à S. Bernardo, dum dixit: Nihil  
 cipies læst virtutis, quod ex te non resplendeat, & quidquid sin-  
 signifi- guli habuere Sancti, tu sola possedisti. Et conspirat S.  
 velicit, Hieronymus dicens: Ceteris per partes gratia presta-  
 altera tur: *MARIAE* tota se infudit gratia plenitudo. Se-  
 e semp- cunda est: Omnia, quæ ad sanctitatem & dignitatem  
 assum spectant, etsi nullum fundamentum aliud habeamus,  
 & inc- quàm quòd sine inconvenientia ei attribui possint,  
 in cit- magnæ DEI Matri esse attribuenda; ita enim meritò  
 infatione- semper sensus communis fidelium ac piorum sensit, eò  
 ubtrah- quòd B. Virgo sit idea liberalitatis & beneficentiæ &  
 pietatis- communicationis ad extra, quam DEUS puræ creatu-  
 t; qualis- ræ contulit.

III. Secundum est, ut bene cognoscere studeat  
 fontes, ex quibus excellentia tota Deiparæ Virginis e-  
 manavit, quorum quidem quatuor assignari possunt.  
 1. *Maternitas DEI*, de qua sic discurret S. Thomas:  
 B. Virgo *MARIA* ex hoc, quòd est Mater DEI, ha-  
 bet quandam dignitatem infinitam ex infinito bono, quòd  
 est DEVS, & ex hac parte non potest aliquid fieri me-  
 lius, sicut non potest aliquid melius esse DEO. Unde &  
 S. Bernardus, ista est Virginis nostræ gloria singularis,  
 inquit, & excellens prerogativa *MARIAE*, quòd Fi-  
 lium unum eundemque Patre meruit habere commu-  
 nem. 2. *Martyrium cordis*; quòd quidem tantùm  
 fuerat, ut S. Anselmus dixerit, quidquid crudelitatis in-  
 flictum est corporibus Martyrum, leve fuisse, aut potius  
 nihil comparatione eorum, quæ ipsa est passa. Imò S.  
 Bernardo teste, tantus fuit ejus dolor, quòd, si in omnes  
 H 5 creatu-

creaturas, quæ dolorem pati possunt, divideretur, non  
 subito interirent. Hinc Suarez docet, eam in colam  
 bere nunc speciale quid præ aureolis Martyrum, a on  
 fit veluti insigne quoddam excellentissimæ formen  
 nis & caritatis ejus, five dein vocetur aureola, sed  
 quid eminentius illâ, quod verius est. 3. *Magis*  
*amoris*: tum quia in primo instanti statim major  
 licitus ab illa, quàm ullus purus homo aut A  
 elicit; tum quia nunquam, ne brevissimo quollec  
 tempore fuit interruptus; tum quia secundum dem  
 animæ & corporis potentias fuit elicitus, ita ut ex  
 ferro ignito non immeritò S. Ildephonſus & ali  
 parent: tum quia singulis momentis perfectior (con  
 dem, uti Suarez piè & eruditè probat) secundum to, c  
 plam proportionem evasit; unde citatus Auth  
 ducit, eandem Virginem circa finem vitæ unico  
 amoris DEI per unum momentum plus meruisse, per  
 meruerint omnes Sancti & beati Homines & A  
 qui sunt, erunt, fuerunt, omnibus suis actibus  
 sumptis. Neque hoc adeò mirum videri debet  
 enim B. Catharina Genuensis tanto in dilectum  
 sum suum amore exarsit, ut dicere ausa sit, si vel  
 hujus amoris guttula in infernum delaberetur, sonal  
 turam illum planè in vitam æternam, tantumque  
 ibi amorem atque unionem, ut Dæmones in  
 los, & tormenta in oblectamenta verterentur, quan  
 non de B. Virginis, in gratia incomparabiliter eam  
 cedentis, amore erit sentiendum? 4. *Perfectior*  
*poris & anima*, quæ quidem utraque tanta fuit, ut  
 lus ex puris hominibus unquam ad similem perfec  
 nem pervenerit; cujus rationem dant Theologi, sed i  
 licet alioqui gratia non detur secundum naturam  
 d

eretur, honorum proportionem, in B. Virgine tamen, sicut  
 in cœlesti gloria ei propter maternitatem perfectio debebatur,  
 etiam omnino decebat, ut proportionatum gratiæ funda-  
 mentum, adeoque perfectissima anima corpusque con-  
 sideretur.

IV. Tertium est, ut specialiter apprehendere stu-  
 deat fundamentum præcipuum Hyperdulæ, scilicet  
 excessum gratiæ, quâ omnes Sanctos & Angelos, etiam  
 collectivè acceptos, longissimè antecedit; cuius qui-  
 dem quinque causas assignant Doctores. 1. Quia  
 propinquissima fuit fonti omnium gratiarum, scilicet  
 Christo, atque adeò plus etiam accepit ab illo. 2. Quia  
 incomparabiliter majori dilectione fuit dilecta à Chri-  
 sto, quàm alij Sancti; ita ut S. Hieronymus dicere au-  
 dus sit: sicut in DEI comparatione nemo bonus, ita &  
 in Matris DEI comparatione nulla creatura invenitur  
 perfecta, quamvis virtutibus innumeris comprobetur.  
 Quia credi debet B. Virginem esse per omnia, quan-  
 tum fas est, simillimam Christo, atque adeò sicut in  
 Christo fuit plenitudo gratiæ redundantis, ita & ea-  
 dem in sanctissima Virgine fuerit, cum hoc solo disci-  
 mine, quòd in Christo fuerit tanquam in homine per-  
 sonaliter definito, in MARIA verò ut in templo sin-  
 gulariter consecrato: in illo tanquam in capite influen-  
 te, in hac tanquam collo transfundente: in illo tan-  
 quam causa efficiente, in hac tanquam subjecto reci-  
 piente. 4. Quia ipsa Nominis Nomenclatura indi-  
 cat, sicuti in mari aquarum, ita in ipsa congregationes  
 esse gratiarum; & sicuti omnia flumina intrans in ma-  
 re, & mare non redundat; ita in B. Virgine quoque re-  
 periri quidem omnes gratias aliis creaturis concessas,  
 sed ipsam tamen propterea non redundare, id est,  
 nihil



nihil supra dignitatem suam accepisse, sed omnibuscumque summam illius dignitatem fuisse commu-  
rata. 5. Quia summa fuit actuum meritorum, quos gratiam suam augebat, intensio ac mixtio cum, ut supra dictum est, in primo statim illud actum, omnium Sanctorum actibus collectis in ip-  
tis perfectiorem produxerit, & singulis inflexione novum duplo perfectiorem elicuerit, & hoc ex-  
per sexaginta tres, vel, ut alij volunt, per septem quodammodo duos annos continuavit. Ex quibus proinde summas quodammodo merito con-  
cluserunt Doctores, & SS. Patres, Matrem sicut in gratia & dignitate ac merito non  
Sanctos longissimè superavit, ita etiam interterna sua plus solam, quam alios etiam simul accepto-  
re posse.

V. Quartum est, ut solidum & efficacissimum doceatque modum colendi hanc sanctissimam  
nem, quem quidem nonnemo judicavit optimè  
cari posse per columnam marmoream à Maximilianum  
Bavariæ Electore olim in sua Metropoli, medi-  
quâ, foro Monacensis urbis erectam, & quinque  
constantem, nimirum 1. Basi, cui insidit columnæ præli  
Ipsâ columnâ. 3. Imagine B. Virginis, quæ cultu  
columnæ. 4. Clathris ambientibus columnæ titur  
& quatuor lucernas sustentibus. 5. Quatuor  
litibus, qui quatuor clathrorum angulis insidit quâ  
draconem pedibus substratum gladio interimunt & al  
quidem omnia non ineleganter etiam cultui Ma-  
accommodari possunt. Et 1. quidem per basim  
mario de Virginis excellentia concepta intelligi po-  
quò enim hæc firmior & amplior fuerit, tantò magis  
quoque possunt esse partes reliquæ, quæ eidem

sed omnibus. 2. Per columnam *fiducia* intelligi potest, se committit merito rotundam, id est, capacissimam, & ad vitiorum omnes necessitates nostras eidem commendandas se ac multo extendentem, cum verè suo modo de illa dici queat statim illud sancti cujusdam Patris, tantum scilicet per ipsam collectos impetraturos, quantum se nostra in eam fiducia alii inxtenderit. 3. Per imaginem intelligi potest *imitatio* hoc est illius, quæ, quò perfectior fuerit, tantò pulchrior per septem quisque columnæ suæ imaginem superposuit; cujus de fundus quidem necessitatem breviter S. Bernardus indicat, dum dixit: Ut impetres orationis ejus suffragium, merito non deseras conversationis exemplum. 4. Per Lunam interternas intelligi potest *propagatio* cultûs Mariani, per acceptam quam & pulchritudo illius ac excellentia manifestatur, itaque ad debitum illi honorem cultumque exhibendum alij invitantur; quod quidem quàm gratum Virgini sit futurum, vel ipsum, quod promittit præmium apud Ecclesiasticum, satis ostendit: Qui me elucidant, vitam æternam habebunt. 5. Per milites intelligi possunt Cultores Mariani perimentes Draconem Diabolum, qui iratus est Mulieri (id est, B. Virgini) facitque prælium cum reliquis de semine ejus, atque eosdem à cultu & amore hujus sanctissimæ Matris suæ avocare nititur, quemadmodum sæpiùs ostendit, dum & fassus est, neminem sibi magis exosum esse & detestabilem, quàm hanc omni veneratione dignissimam Matrem; & aliquoties Cultoribus ejus libertatem à persecutione promisit, si ab incepto Mariani cultûs fervore absterent.

\* \* \*

I. Est actus Religionis, quo debitum Cœlitibus cultum exhibemus, de quo Sequens scienda Ascetæ.

II. Primum est, ut bene cognoscat fundamenta quibus totus hic Sanctorum cultus & amor inchoat, quæ quidem alia non sunt, quàm motiva ad cultum impellentia, & suprâ §. 8. quidem explicata, brevius tamen ad tria genera reduci possunt nempe 1. ad motiva ex parte DEI: nempe ad gratiam, voluptatem, & gloriam, quam ipse percipit pro eo, quòd sui intimi Amici, & ipse in eis tantopere honoratur. 2. Ex parte ipsorum Sanctorum, nempe ad Sapientiam, Pulchritudinem, Potentiam, & Sanctitatem, præcipuè verò ardentissimam caritatem, quibus DEUM & nos prosequuntur. 3. Ex parte hominum, quia scilicet tot Spectatores nobilissimos nostrorum Sanctorum: tot facundissimos Advocatos in necessitatibus nostris: tot potentissimos Protectores in periculis habentibus nostris: quos Sanctos nobis nostris obsequiis demereri facimus.

III. Alterum est, ut sciat, quos præcipuè Sanctos & quo ordine venerari debeat. Quâ quidem in re videtur ordo, quem ipsa S. Mater Ecclesia observat, dum Sanctos in varias classes distinguit, & alios quidem in prima, alios in secunda, alios sub duplici, alios sub semiduplici vel simplici ritu coli præcipit, non quod non omnes magnificat, aut coli desideret, sed ut merito unius præ altero erga Fideles esse merita ostendat, quæ adeò ad majora etiam grati animi signa demerentur.

tranda excitet. Unde licet particularibus Sanctis sua certa festa assignet, aut eorum sub Sacrificio aut officio Divino suffragia imploret, non tamen omittit, suam pietatem omnibus Sanctis festum attribuere, aut eorum suffragia conjunctim implorare. Simili ergo modo suadeat Asceta, ut & privatae Personae Patronos suos in certas classes distribuant, & in prima quidem B. Virginem, in secunda S. Josephum, S. Angelum Custodem, Sanctum, cujus nomen in Baptismo acceperunt, & si Religiosi sunt, Fundatorem sui Ordinis, aut alios, si quibus vel specialiter obstrictos, vel alio quovis titulo magis addictos se profitentur: in tertia Patronos minus principales, quos propter varios fines sibi colendos elegerunt: in quarta Sanctos Menstruos, & Sanctos illius diei: In quinta omnes reliquos Sanctos collocent, itaque secum decernant, ut cogitationes, verba & opera sua omnia primario quidem ad DEI, CHRISTI, B. Virginis, aliorumque Sanctorum honorem ordinet, postea verò etiam ad omnium Sanctorum honorem & gloriam cedere velit; sic enim eos omnes tum pro Spectatoribus suorum operum, tum pro Advocatis & Patronis habere merebitur. Nec timeat, ne, dum omnes colere statuit, singulorum honorem minuat, nam cum omnes summam inter se & cum DEO caritate conjuncti sint, gaudebunt potius optabuntque, ut & alij omnes etiam secum honorentur, & DEUS in singulis amplius magnificentiusque glorificetur.

IV. Tertium est, ut solidum sciat modum, eosdem honorandi; qui quidem in tribus potissimum capitibus consistere videtur. 1. Ut certis quibusdam obsequiis annuis, hebdomadariis, aut quotidianis suum erga illos affectum & amorem contestetur, qualia v. g. sunt, eorum

rum

rum festa præmissio jejunio aut abstinentiâ, flagellatio  
 ne aut cilicio, confessione item & communione effici  
 si fieri potest, etiam eleemosyna Pauperi collata fe  
 brare: quotidie Litanias vel omnium Sanctorum  
 specialiter hunc in finem compositas recitare, non la  
 reliquias & imagines pio & religioso cultu veneras, q  
 2. Ut in omnibus necessitatibus ad eosdem cultu ille  
 nero fiducia sensu confugiat. 3. Ut eos in omni  
 quidem virtutibus, præcipuè tamen in optimâ  
 festæ vitæ studio imitari studeat, certòque sibi pericu  
 deat, hunc cultum fore gratissimum Sanctis, tum  
 purissimus est, tum quia amplissimus, utpote  
 vitæ totius opera complectens, tum quia confis  
 mus, utpote ad finem usque vitæ perseverans, cur  
 ipsam etiam noctem aut quietem interruptus. Regula  
 meritò quis horum Sanctorum devotus Client  
 simam illam S. Augustini sententiam in mente  
 moria habere debet: Vis semper laudare DEUM  
 quidquid agis, bene facito, & laudâsti DEUM.  
 notum illud distychon:

Sanctorum est cultus gratissimus, optima vita  
 Hunc si reddideris, quæ petis, accipies.

### §. VI.

#### De Pietate erga Parentes.

I. Est Virtus, quâ ijs, qui Ortûs & educatores  
 nostræ principium sunt, debitum cultum exhibere  
 unde hæc Virtus primariò quidem ad Parentes, secundariò  
 dariò tamen etiam ad Patriam, Fratres, aliòsque  
 ne junctos se extendit; de qua tria præcipuè Alciator  
 enda sunt.

II. Primum est, ut bene sciat, & doceat, quæ officia Filij debeant Parentibus, quæ quidem omnia ad collatitia ferè revocari possunt, Scilicet *ad amorem* (ad quem spectat, eos magni æstimare, & revereri, id est, citare, non lædere vel minimâ ratione) ac honorare tam veri veneris, quàm factis. 2. *Ad obedientiam*: ad quam spectat, dem cur illorum non tantùm imperia, sed nutus etiam & consilia inquirantur, & impleantur. 3. *Ad subventionem*: Sive in victu, si opus est, subministrando: sive in periculis hostibusque avertendis: sive in auxiliis pro morte feliciter obeunda, supplicioque Purgatorij deprecando præstandis.

III. Alterum est, ut bene cognoscat, quando, cur non obediendum sit Parentibus, nimirum juxta regulam à S. Hieronymo indicatam, dum dixit: honora matrem tuam, sed si te à vero Patre non separat. Tamen scito sanguinis copulam, quamdiu ille suum nomen dedit Creatorem. In hoc ergo casu non esse Parentibus obediendum, cum communi Theologorum sententiâ docet S. Thomas, idque ob triplicem rationem. Quia, ut ipse etiam Aristoteles, aliique Ethnici agnoverunt, in iis, quæ ad corporis Naturam pertinent, omnes homines pares, nec quisquam altero superior aut inferior est. 2. Quia, cum paternum jus sit participatio auctoritatis à DEO, à quo est omnis Paternitas, merito DEO potiùs, tanquam supremo Domino, quàm Parenti tanquam Vicario obediendum est. Hinc pulcherrimè S. Bernardus, sola, inquit, causa, quâ non liceat obedire Parentibus, DEUS est. Ipse enim dicit: Qui amat Patrem, & Matrem plùs quàm me, non est me dignus. 3. Quia à DEO infinities plùs, quàm à Parentibus accepimus nempe corpus & animam, cum tamen ab his nec ipsum corpus sine DEI operâ accepissemus,

semus, uti Job indicavit dicens: Nónne sicut lac lem-  
fisti me, & sicut caseum coagulásti, ossibus & in un-  
compegisti me, & visitatio tua custodivit Spiritum tuum  
um? Unde meritò S. Hieronymus dicebat: non enim  
cui nata, sed cui renata es.

IV. Tertium est, ut sciat, quomodo non Mat-  
dientiam tantum negare in certis casibus, sed etiam  
amorem Parentibus, atque adeò odisse eos debet quibus  
Id quod præclare S. Augustinus ostendit sequuntur  
verbis: Sicut præceptum, quo perdere jubemur horti-  
mam nostram, non ad id valet, ut se quisque in tantum  
quod inexpiabile nefas est: & tamen valet, ut incedat  
in se carnalem affectum animæ, quo cum impeditur quibus  
to futuræ vitæ præsens vita delectat. Hoc est, ut ja-  
quod dictum est: oderit animam suam, & perdat ad ve-  
Quod tamen diligendo fit, quandoquidem aperit hac r-  
fructum ejusdem animæ acquirendæ in eodem  
cepto commemorat dicens: Qui perdiderit eam  
seculo, in vita æterna inveniet eam. Ita & e-  
rentibus rectè dicitur, ut, qui eos amat, perdat  
non more parricidarum interficiens, sed spiritu  
dio Verbi DEI carnalem effectum eorum quo  
ipsum, & eos, quos genuerunt, irritamentis hujus  
obligare conantur, piè fidenterque percutiens,  
cidens, illud in eis vivere faciat, quo Fratres sunt  
cum Filiis suis temporalibus Parentes æternos DEI  
Ecclesiámque cognoscunt. Neque tristitia Pare-  
inde secutura absterre debet, nam, ut bene D-  
macus dixit, meliùs est contristare Parentes, quam  
tristare Dominum JESUM: hic enim nos creaturam  
salvavit, illi sæpe suos amando perdiderunt. Amorem  
ipsiusque sanctum desiderium, extinguit in anima

ficut lacrimam parentum amorem: Qui autem utrosque amores  
 fibus & in uno corde claudi posse putat, is seipsum decipit. Ve-  
 Spiritus ista est ars Diaboli, inquit Platus, quæ illi in Parente  
 at: non nostro Adamo nimium bene processit. Nam quid  
 interest, inquit S. Augustinus, utrum in uxore, an in  
 modo non Matre, dum tamen Eva in qualibet muliere, caveatur?  
 us, sed nam ista, umbra pietatis de foliis illius arboris venit,  
 os debet quibus se primi Parentes nostri damnabili pietate texe-  
 rit sequuntur. Merito ergo S. Hieronymus Nepotianum ad-  
 jubemus hortatus dixit: Ecce Adversarius in pectore tuo Chri-  
 que intestum conatur occidere. Licet parvulus ex collo pen-  
 e, ut imedeat Nepos, licet sparsa crine & scissis vestibus ubera,  
 in imped quibus te nutrierat, Mater ostendat: licet in limine Pa-  
 oc est iter jaceat, per calcatum perge Patrem. Siccis oculis  
 & perda ad vexillum crucis evola. Solum Pietatis genus est, in  
 in aperta hac re esse crudelem.

## §. VII.

## De obedientia.

I. Est virtus, quæ promptam reddit Hominis vo-  
 luntatem ad implendam voluntatem præcipientis; de  
 qua quatuor notanda sunt Ascetæ.

II. Primum est substantia & perfectio illius:  
 quam quidem cognitionem haud difficulter conseque-  
 tur, si eandem secundum quatuor dimensiones conside-  
 raverit: Et I. quidem *Altitudinem* sciat in eo consiste-  
 re, ut non tantum in primo & secundo gradu quis hæ-  
 reat, id est, potentias exteriores & voluntatem ad id,  
 quod imperatum est, exequendum applicet, sed etiam  
 judicium suum cum Superioris judicio conformet; quo  
 sensu illud S. Apostoli intelligi potest? Omnis, id est,



tota anima secundum omnes potentias, potestioribus sublimioribus subdita sit. 2. *Profunditatem* sciat esse, ut non tantum majoribus, sed etiam minoribus se subiiciat, quemadmodum S. Ignatius commendavit dicens: valde necessarium est, ut non solum Superiori Societatis vel domus, sed subordinatis officialibus, qui ex illo Authority ceperunt, obediant; & afuescant non intueri, sed scire, cui obediunt, sed potius: quis ille sit, propter & cum in omnibus obediunt, qui est Christus Dominus. Ita sane B. Aloysius fecisse scribitur, qui licet natus illustrissimo, minimis tamen Coadiutoribus tanta humilitate ac reverentia obediens, ut ipsi P. Generali obedire possent. 3. *Latitudinem* in eo positam, ut non tantum in illis, quae a Superioribus praecipitur, sed etiam, quae obligatione imperantur, imò & in iis, in quibus expressum praecipitur, sed solum signum Superioris cernitur, in spiritu amoris, & non perturbatione timoris, ut S. Ignatius loquitur, obedientiam *Longitudinem* denique in eo consistere sciat ut exemplum sui servatoris supradictam obedientiam ceat usque ad mortem, ut cum veritate olim in vitae articulo dicere queat: consummatum est: illud quoque ejusdem Christi cum magno suo adiicere queat, In manus tuas commendo spiritum meum.

III. Secundum est, ut bene cognoscat constantias ad perfectionem obedientiae requisitas, quidem fusiùs supra §. 1. sunt explicatae, breviter à S. Bonaventura indicatae, dum ait: Obedientia debet esse prompta sine dilatione, devota sine dedignatione

ione, voluntaria sine contradictione, simplex sine dis-  
 cussione, perseverans sine cessatione, ordinata sine de-  
 viatione, jucunda sine turbatione, strenua sine pusilla-  
 tate, & universalis sine exceptione. Qualiter nos  
 audivimus nostros Superiores, taliter nostras exaudit  
 DEUS orationes.

IV. Tertium est, ut non tantum summam de  
 virtute hac æstimationem concipiat, sed etiam radices  
 hinc, ex quibus dignitas perfectioque illius oritur,  
 quarum quidem quinque possunt assignari. 1. Quia  
 per votum obedientiæ non tantum corpus proprium,  
 quod per castitatem offertur, nec tantum res exte-  
 riores, quæ per votum paupertatis DEO consecrantur;  
 sed ipsa voluntas, quæ omnibus potior est, dedicatur.  
 2. Quia votum obedientiæ continet sub se alia vota,  
 cum ad votum illud spectet, servare omnia; quæ sub præ-  
 ceptum cadunt, vel sub peccato obligant, qualia utique  
 etiam castitas & paupertas censentur. 3. Quia votum  
 obedientiæ propriè se extendit ad actus Religionis,  
 quantum autem aliquid propinquius fini est, tantò melius  
 censetur. Atque hæ tres rationes à S. Thoma affe-  
 runtur, ex quibus ille deducit, hoc magis esse essentia-  
 le votum, quàm reliqua; cum illa duo sine obedientia  
 neutiquam constituent Religiosum, obedientia verò  
 secundum regulam sola à quibusdam Religionibus, ut  
 Carthusiensi & Benedictina voveatur. 4. Quia virtus  
 obedientiæ est origo, materque omnium virtutum, ut  
 supra ex S. Augustino vidimus. 5. Quia summam cum  
 caritate conjunctionem habet, cum utraque secundum  
 beneplacitum divinum actiones suas dirigat; Utraque  
 fit virtus generalis ad mandatorum custodiam impel-  
 lens; utraque fit virtutum reliquarum forma & parens:

utraq; idem cum DEO velle & nolle habeat, amo  
 diversa ratione, nempe caritas per modum amicitie  
 diencia per modum subditi. Ex quibus omnibus  
 te al  
 diu  
 qua  
 tius  
 con  
 quo  
 3. E  
 ijfde  
 ben  
 ped  
 min  
 me  
 strep  
 nes  
 con  
 gab  
 tis:  
 ris g  
 ftu  
 cen

dem colligitur, obedientiam afferre triplicem  
 perfectionem, juxta triplicem scilicet titulum, quo  
 dum quem considerari potest. Nam quatenus  
 pliciter ut homo spectatur, eum perficit, dum  
 naturalem suum statum reducit, omnesque infirmitates  
 potentias rationi, velut parti superiori, subiicit; de  
 quatenus politicè consideratur, ut *membrum communi-  
 ratis* vel reipublicæ, eundem perficit; dum eum  
 capiti subordinat, & per hoc ipsam politici corporis  
 columitatem conservat: denique quatenus ut *Reipublicæ  
 sus* perfectionis studiosus spectatur, ipsum perficit,  
 eum DEO ipse perfectissime conjungit, & subiicit;  
 cumque caritatem & reliquarum virtutum super  
 raliū apparatus adducit.

V. Quartum est, ut bene cognoscat portiones  
 pedimenta, quæ ab hoc tam necessario ac salutari  
 diencia exercitio impediunt; simulque apta sciat  
 pro illdem removendis. Sunt autem ejusmodi impedi-  
 menta quatuor præcipuè, & ea ferè, quæ auditum  
 minus vocem ab alio prolatam exaudiat, impediunt  
 est, *Si organum auditus sit destructum*, id est, si in  
 periore non DEUM, sed hominem duntaxat spectat  
 mus; hoc enim errore perseverante, mirum non  
 Superioris mandata temerè negligantur. Unde beatus  
 patet, quòd sit remedium huic impedimento  
 vendum, illud scilicet, quod S. Ignatius præscripsit  
 cens: versari debet ob oculos DEUS Creator ac  
 minus noster, propter quem homini obedientia præ  
 statur. 2. est, *Si digiti auri inserantur*, id est, caritas  
 acc

amor cor occupet; nam ut rectè Thomas de Kempis dixit, quia adhuc nimis inordinatè te diligis, ideo plenè te aliorum voluntati resignare trepidas. Hinc remedium ab eodem dictatum arripiendum; Juvat non quælibet res adepta vel multiplicata exteriùs, sed potiùs contempta, & decisa ex corde radicitùs. Noli ergò concupiscere, quod non licet habere. Noli habere, quod te potest impedire, & libertate interiori privare.

3. Est *tumultus hominum*, id est, respectus & timor ipsidem displicendi; pro quo proin removendo adhibendum iterum est medium à Thoma Kempensi supeditatum, dum ait: quis es tu, ut timeas à mortali homine? hodie est, & cras non comparet. DEUM time, & hominum terrores non expavescas.

4. Est *strepitus aque aut alterius rei*: id est, curæ & sollicitudines animum vellicantes; verè enim frequenter frustra conturbatur homo: thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea. Unde sequendum S. Pauli consilium dicitis: Nolite conformari huic sæculo (inutilibus vos curis gravantes) sed reformamini in novitate sensûs vestri, ut proberis, quæ sit voluntas DEI bona, beneplacens, & perfecta.

## §. VIII.

## De Gratitude.

I. Est Virtus, quâ beneficia ab aliis accepta agnoscimus, laudamus, & pro viribus recompensare conamur; de qua *Sequentia* tria scire debet Asceta.

II. Primum est, ut bene sciat, *pro quibus beneficiis* agendæ sint gratiæ; nam, ut bene Cicero notavit, acceptorum beneficiorum delectus habendi, & imprimis

mis quo quisque studio vel benevolentia fecerit, *indixer*  
 randum est; multi enim multa faciunt temeritate *DEO*  
 dam, sine iudicio, vel modo in omnes, vel replet *DEO*  
 quodam impetu animi, quasi vento incitati: quæ *Me*  
 ficia æquè magna habenda non sunt, ac ea quæ *DEO*  
 dicio, consideratè, constantèrque delata sunt. *ifican*  
 dæ autem sunt gratiæ DEO pro triplicibus bonis *liber*  
 Pro *generalibus*, qualia sunt creatio, conservatio, *sistit*  
 prio. 2. Pro *specialibus*, qualia sunt vocatio, agit, *vertit*  
 dem, ad religionem, ad gratiam & gloriam. *vertit*  
*singularibus*, quæ cuiusvis peculiariter ex accidentibus *loque*  
 feruntur. *volun*

III. Alterum est, ut bene nôrit *gradus gratiarum eligi*  
 nis, quos quidem distinctè & appositè assignat *aras*  
 Thomas, dum dixit, primùm esse, *ut homo recipiat ut oli*  
*acceptum beneficium*; de quo gradu bene Seneca *G*  
 quitur: *vis reddere beneficium? benignè accipe: re*  
*gratias*. Secundum, *ut laudet, & gratias agat*. *Hinc*  
 cui gratia referri non potest, quanta debetur, *hab*  
 tamen est, quantam maximam animi nostri capere *crafti*  
 sunt, ut Cicero monet, id quod saltem laudando *gressu*  
 statur. Tertium, *ut retribuatur pro loco & tempore*  
 cundùm suam facultatem, id quod fit per reverentiam *tulit.*  
 honorem obsequium, consilium, opem & subsidium  
 indigeat.

IV. Tertium est, ut *circumstantias* quasdam  
 ne observet, quæ in gratitudinis exercitio specialiter *eâmo*  
 servandæ sunt, illudque DEO non parùm gratum *tiffin*  
 ciunt, quæ quidem ad tres præcipuè revocantur. *II*  
 Est *Sinceritas*; de qua quidem sic loquitur S. Bernardus *quen*  
*Non omnis gratiarum actio accepta est DEO, nisi quæ*  
*sordis pudicâ & merâ simplicitate procedit. Pudicâ*  
*dic*

fecerit, non dixerim propter eos, qui & de malis actibus suis gloriantes,  
 merentur DEO gratias agere solent, quasi DEVS more ipsorum  
 vel reprobetur, cum malè fecerint & exultent in rebus pessimis.  
 ati: quæ Merà verò simplicitate adjunxi, propter hypocritas, qui  
 a quæ DEVM quidem de bonis suis suis, sed verbotenus glori-  
 sunt. fiantes, corde retinent, quod oro prabuerant. 2. Est  
 us boni liberalitas? quæ in affectûs intentione potissimum con-  
 rvari- fitit, magis siquidem DEUS pensat, ex quanto quis  
 vocatio agit, quàm quantum facit. Id quod etiam Seneca ad-  
 iam. vertit, dum dixit: *Nec in victimis licet optime sint, au-*  
 cident- *que præfulgeant, Deorum est honos, sed in pia ac recta*  
*voluntate venerantium. Itaque boni etiam farre ac fœtili*  
*diu gratia religiosi sunt: mali non effugiunt impietatem, quamvis*  
*affligantur sanguine multo cruentarint.* 3. Est celeritas: nam,  
 no recog- ut olim non malè Ansonius cecinit:

Gratia, quæ tarda est, ingrata est: gratia namque

Cùm fieri properat, gratia grata magis.

Hinc in veteri lege holocaustum, quod offerebatur  
 pro gratiarum actione, & caro victimæ non erant in  
 crastinum servanda. Certè Noë mox, ut ex arca e-  
 gressus est, extruxit altare, Deoque sacrificium ob-  
 tulit.

## §. IX.

### *De Misericordia erga Vivos.*

I. Est Virtus, quâ dolemus de miseria Proximi,  
 eamque pro viribus depellere conamur; de qua sex po-  
 tissimum capita notanda sunt Ascetæ.

II. Primum est, ut bene cognoscat finem, propter  
 quem DEUS & Pauperes esse permittit, & nos ijs-  
 dem subvenire desiderat; id quod S. Gregorius Na-  
 zianzenus sequentibus verbis præclare docet: Carita-

tis præcipuam partem in eo sitam esse compe-  
 pauperes amore & misericordia complectamur.  
 peres & afflictos DEUS esse vult, ut nos in-  
 tis nostræ submoneant, illudque nobis persuadent,  
 ut nulli rerum præsentium atque in oculos cadentium,  
 velut firmæ ac labili animum adjiciamus. Certe, ut  
 tur nihil sit stabile in præsentī vita, de opibus  
 collocandis cogitandum est. Beneficentiæ in-  
 peres infinita sunt commoda. Nullus omnino IV  
 DEO perinde gratus est, ut Misericordia erga  
 peres. Nihil tam DEO proprium est, quàm ad-  
 cordia & Beneficentia. Imitandus est nobis DEUS à  
 Hoc ipsum etiam solidè ostendit S. Chryso-  
 dum ait: Sæpenumero dixi, eleëmofynam non  
 pientium, sed potiùs dantium gratiã introducunt  
 se; nam illi sunt, qui potissimùm inde lucrum  
 Non vides, quòd omnes mutuã operã indigent,  
 Miles Opificis, Opifex Negotiatoris, Nego-  
 Agricola, Servus Liberi, Dominus Servi, Pater  
 Divitis, Dives Pauperis. Etenim qui accipit ele-  
 mosynam, maximè omnium ului est. Ineffabilem  
 pientia DEI hoc opus est. Nam cum mutuã  
 rã indigeamus, & necessitas illa non conciliat  
 citias nostras, si omnia sufficerent, nōne essent  
 domitæ bestia? Ita DEUS subjecit nos invicem  
 hanc necessitatem, ut quotidie alter alterum  
 rat. Nescio, quòd non tam propter Pauperes ele-  
 mosynam DEUS, quàm propter ipsos impendit  
 instituit.

III. Secundum est, ut bene cognoscat caput  
 misericordiæ substantiam seu essentiam necessariam,  
 quidem breviter & bene indicavit S. Chryso-  
 stomus.

am dixit : Tria sunt , quæ in misericordiæ opere  
pranda sunt Christiano , ut possit facere , ut velit , ut  
compleat. Ut possit , id est , ut substantia faciendi  
non desit : ut velit , hoc est , voluntas adsit , quâ fa-  
ciat , quia substantia non deest , quâ fiat. Tertium  
est , ut compleat , id est , quæ possit & velit , sine di-  
latione perficiat ; his enim tribus opus tantum , tam-  
que præclarum impletur.

IV. Tertium est , ut etiam circumstantias ad om-  
nemmodam perfectionem misericordiæ necessarias bene  
addiscat , quæ quidem sequentes potissimum assignan-  
tur à SS. Patribus & Ascetis. 1. Ut *mundo corde*  
offerat eleëmofynam : ita enim Apostolus indicavit  
dicens : Si distribuero in cibos pauperum omnes fa-  
cultates meas , caritatem autem non habuero , nihil  
mihi prodest. Nam , ut rectè observavit S. Grego-  
rius , qui indigenti proximo exteriorem substantiam  
præbet , sed vitam suam à nequitia non custodit , rem  
suam DEO tribuit , & se peccato. Hoc , quod mi-  
nus est , obtulit Authori , & hoc , quod majus est ,  
servavit iniquitati : Mundari ergo prius debet animus ,  
quàm eleëmofynam præbeat , quia omne , quod datur  
DEO , ex dantis mente pensatur ; & ab Omnipote-  
nte DEO munus ex manu non accipitur , quod  
corde obligato in malitia offertur. 2. Ut *bonâ in-  
tentione* fiat : sunt enim quidam , inquit S. Ambro-  
sius , qui ad jactantiam solam , decorem largitatis af-  
fectant , ut eo se probatos vulgè velint , quòd sibi  
nihil reliquerit : sed dum præsentis seculi mercedem  
requirunt , non recondunt in futurum : & quia hîc  
perceperunt mercedem suam , illic sperare non pos-  
sunt.



sunt. 3. Ut *cum hilaritate* fiat : non ex tristitia  
 necessitate , ut inquit Apostolus ; hilarem enim i  
 torem diligit DEUS. Hinc & Siracides suade vi  
 omni dato hilarem fac vultum tuum ; nam , cum  
 Etè dixit S. Augustinus , si panem dederis tristi à b  
 panem , & meritum perdidisti. Ergo ex animam  
 ut ille , qui intus videt , adhuc loquente te dione  
 Ecce adsum. 4. Ut *celeriter* fiat ; sic enim Salomon  
 suavit : Cor inopis ne afflixeris , & non differas. V  
 erogaturus sis in egenum. Et iterum : Ne diline  
 mico tuo : vade , & revertere , & cras dabo tuxta  
 cum statim possis dare. Jam ergo , inquit S. DEC  
 lius , quando suppetit , quid prohibet , quòd mignustit  
 beraliter impertiare ? nōne inops adest ? dare  
 plena horrea ? non merces à Domino parata re.  
 mandatum manifestum ? Esuriens fame ablu siméc  
 nudus frigore rigescit , & tu eleēmosynam in DEC  
 num differis ? Audi Salomonem : ne dicas reg mus.  
 revertere : ignoras enim , quid sequens parit Dilig  
 5. Ut *liberaliter* fiat : ita enim Tobias Filio sticis  
 quo modo potueris , ita esto misericors. Si m ptnag  
 tibi fuerit , abundanter tribue : si exiguum tibi xeris  
 rit , etiam exiguum libenter impertiri stude. conju  
 que enim dare , sed cum copia dare eleēmosyn mod  
 inquit S. Chrysostomus , ideòque hortatur , ut fide i  
 dicunt : Misere mei DEUS secundum magnam bene  
 fericordiam tuam , etiam pauperum misereantur quan  
 cundum *magnam* eleēmosynam suam. Quae t deli c  
 magnitudo , ut idem ait , non in pecuniarum m prop  
 tudine iudicatur , sed in dantium promptitudine. nas p  
 Ut *constanter* fiat : Neque putemus nos omnia stuos.  
 ait :

ex trinitate, inquit S. Chrysoſtomus, ſi quando ſemel at-  
 arem eque iterum quidquam dederimus: per omnem quip-  
 ides ſuae vitam id facere oportet; non enim ſemel tan-  
 ; nam, ſed indefinenter DEO placere debemus. Quòd  
 eris trinitate à bonis operibus exorſi noviffimè defecerimus, to-  
 ex animam perdimus, totum corrumpimus. Audi moni-  
 te rationem perutilem, quæ dicit: Eleëmofyna ac fides  
 enim non te deſerant.

V. Quartum eſt, ut ſciat, quibus, & quo or-  
 dine danda ſit eleëmofyna. Nimirum 1. *Sibi ipſi*:  
 iuxta illud Eccleſiaſtici: Miſerere animæ tuæ placens  
 DEO. Quod ipſum etiam prudenter docuit S. Au-  
 guſtinus, dum ait: Qui vult eleëmofynam ordinatè  
 dare, à ſeipſo debet incipere, & eam ſibi primùm da-  
 re. Eſt enim eleëmofyna opus miſericordiæ, veriſ-  
 ſimèque dictum eſt: Miſerere animæ tuæ placens  
 DEO; propter hoc renaſcimur, ut DEO placea-  
 mus. Propter quem dilectionis ordinem dictum eſt:  
 Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. 2. *Dom-  
 ſticis*: iuxta illud Iſaiæ: Carnem tuam (ſeu ut Se-  
 ptuaginta interpretantur) domesticos tuos ne deſpe-  
 xeris; nam ſi quis propinquos genere ac affinitate  
 conjunctos aſpernetur, inquit S. Chryſoſtomus, quo-  
 modo erit in alienos clemens? Quid item ſi illos de-  
 fide inſtruat, hos in errore jacere permittat, quibus  
 benefacere jure ſuo faciliùs & commodiùs poſſit,  
 quantæ iſtud immanitatis erit? & eſt, inquit, infi-  
 deli deterior. Cur id? quia ille, eſſi alienos deſpicit,  
 propinquos tamen nequaquam aſpernetur. Divi-  
 nas planè leges violat, & jura naturæ, qui negligit  
 ſuos. Quod etiam confirmat S. Auguſtinus, dum  
 ait: Cùm omnibus prodeſſe non poſſis, his potiffi-  
 mùm

mum consulendum est, qui constrictius tibi  
 tur. Et videtur, teste Theophylacto, ipse Christus  
 exemplo suo id docuisse, dum in Galilæa cepit  
 dicare, & Nazarenis potius quam alijs se manum  
 vit, ut nos doceret prius proprios beneficiare, es an  
 quitur cit. Author) deinde & ad reliquos amicos  
 spargere. 3. Sanctis & justis hominibus: quantum  
 propter sanctitatem digniores sunt alijs hominibus  
 tum ipsi danti, tum Reipublicæ Christianæ animi  
 & operibus plus prodesse possunt. 4. Pupillis  
 duis: nam Religio munda, teste S. Jacobo, eem  
 DEUM & Patrem hæc est, visitare pupillos  
 duas in tribulatione eorum. De quibus rante  
 nibus hætenus enumeratis regulis servanda est  
 dens S. Thomæ exceptio, dum ait: Intelligitur  
 hoc est de magis subveniendo conjunctis, carer  
 ribus: potest enim contingere, quod extrane  
 magis subveniendum, propter majorem indige

VI. Quantum est, ut sciat, ex quibus  
 eleemosyna danda, nempe 1. ex propriis: nam  
 mosyna Redemptoris nostri oculis illa placet,  
 non de illicitis rebus congeritur, sed quæ de  
 concessis, & bene acquisitis impenditur, inq  
 ctè S. Gregorius: Eleemosyna autem cum inq  
 acquisita abominatio est coram Christo, teste  
 filio. 2. Ex *superfluis*: nam superflua diviti  
 saria sunt pauperi, inquit S. Augustinus; aliena  
 net, qui ista tenet. 3. Ex *necessariis*: hoc enim  
 minis amicissimè erga Pauperes affecti est argum  
 tum, teste S. Gregorio Nazianzeno; & ut S.  
 brosius loquitur, maximum incentivum misericor  
 sunt

VII. Sextum est, ut sciat, quanam ex misericordiarum operibus præferenda sint alijs, nimirum 1. Spiritualia corporalibus: tum quia præstantiori subjecto: tum quia ad præstantiorem finem, scilicet necessitates animæ sublevandas exhibentur: tum quia remota quos amiores sunt à comodo proprio, scilicet retributionibus: quæ ab ijs, à quibus exhibentur, expectandæ. 2. Inter spiritualia præcipuum ferè esse injuriarum ab inimicis factarum liberalem remissionem, uti S. Augustinus indicavit, dum dixit: Multa sunt genera elemosynarum, sed eâ nihil est majus, quâ ex corde mittimus, quod in nos quisque peccavit.

## §. X.

*De Misericordia erga Defunctos.*

I. Est virtus, quâ quis Defunctorum miseras ex sincero compassionis affectu sublevare satagit; de qua quinque specialiter Ascetæ sunt scienda.

II. Primum est, ut bene percipiat generalia fundamenta ad hanc materiam pertinentia, quorum quidem tria sunt præcipua. 1. Esse purgatorium, animasque ibi detentas Fidelium suffragijs juvari, uti novissimè definivit Concilium Tridentinum; & pulchrè S. Bernardus explicavit sequentibus verbis: Tria sunt loca, quæ mortuorum animæ pro diversis meritis sortiuntur, Infernus, Purgatorium, Cælum. In Inferno impij, in Purgatorio purgandi, in Cælo perfecti. Qui in Inferno sunt, redimi non possunt, quia in Inferno nulla est redemptio: qui in Purgatorio sunt, expectant redemptionem: qui in Cælo sunt, gaudent ad visionem DEI, Fratres in natura, coha-

cohæredes in gloria, similes in æternitate. I  
 Quia primi igitur redimi non possunt, tertii in  
 ptione non indigent: restat, ut ad medios inque  
 mus per compassionem, quibus juncti fuimus quido  
 manitatem. 2. Pœnas hujus purgatorij gratæ est,  
 esse, & quidem triplici ex capite, nempe ob primam p  
 sensûs (quæ omnes pœnas hujusmodi longissimâ usqu  
 perat) pœnam carentiæ visionis (quæ & ipsa de em  
 gravior est & molestior, quantò affectus in illius su  
 mum bonum intensior est) diurnitatem ut est, &  
 quæ & ipsa non leve pondus utrique addit, quæ eg  
 temino quis est propior, tantò fit mora gravior ut in  
 Cognoscere animas, quidquid à nobis auxiliu ab om  
 exhibitum, idque secundum S. Augustinum ita est  
 modis, nempe per divinam revelationem ipsius que pr  
 vel per bonorum Angelorum manifestationem excogi  
 per animarum hinc exeuntium narrationem: in celex  
 alij volunt, etiam ipsam revelationem pœnarum largien  
 experiuntur. sed eti

III. Ut sciat potiores modos & media hoc pe  
 etas animas è pœnis tam gravibus eximendas, rium l  
 quidem S. Antoninus non malè sequentibus ver esse ne  
 dicavit: Suffragia quidem prosunt defunctis transfor  
 solutionem pœnæ, à qua possunt absolvi quatuor poriffi  
 dis. Uno modo per intercessionem ipsius cap ne. e  
 scilicet Christi; & sic juvantur per oblationem ubi lib  
 tatis. Secundò per intercessionem quasi privatium s  
 membrorum, id est, per orationes Sanctorum. V  
 tiò per modum redemptionis pœnæ, scilicet electo quibus  
 synarum largitionem. Quartò per modum solv ricord  
 nis pœnæ, scilicet per jejuniorum afflictionem sunt p  
 ad dictos quatuor modos omnes alij reducuntur peccat

IV. Ut præstantiam misericordiæ animabus pur-  
 gantibus præstandæ bene penetret, & cognoscat,  
 quæ quidem ex ijs circumstantijs, ex quibus magni-  
 ficentia eleemosynæ communiter colligitur, conijci po-  
 terit, quarum prima est *indigentia* personæ: quod e-  
 pe ob id persona aliqua pluribus miserijs subjecta est, mi-  
 seriusque seipsam juvare potest, tantò præstantior est  
 & ipsa eleemosyna, quæ ipsi offertur: quis autem graviori-  
 s in illius subjectus est miserijs? quis minùs juvare se po-  
 test, quàm animæ purgantes? Secunda est *Sancti-  
 tas* egeni: quæ autem sanctiores personæ reperien-  
 tur inter mendicos, quàm animæ purgatorij utpote  
 ab omni jam nævo & peccati maculâ purgatæ? Ter-  
 tia est *rei*, quæ datur aut procuratur, *magnitudo* at-  
 que *præstantia*: quid autem meliùs aut præstantiùs  
 excogitari potest, quàm ipsa felicitas æterna, cujus  
 acceleratio animabus procuratur? Quarta est *propria  
 largientis necessitas*, si scilicet non tantùm superflua,  
 sed etiam necessaria quis largiatur: quis autem &  
 hoc perfectiùs præstat, quàm qui fructum satisfacto-  
 rium suorum operum, quem constat omnibus summò  
 esse necessarium, sibi ipsi subtrahit, & animabus  
 transcribit? Quinta est *affectus dantis*: nam ex hoc  
 potissimùm benignitatis mensura taxatur, teste S. Leo-  
 ne. Quis autem affectus major esse potest, quàm  
 ubi liberans, ipsum, ex quo alium liberat, purgato-  
 rium subire est paratus?

V. Ut bene occurrere discat objectionibus,  
 quibus nonnulli ab hoc exercitio præstantissimo mise-  
 ricordia impedire alios nituntur, quarum quidem duæ  
 sunt potissimùm. Prima est, quòd consultiùs sit pro  
 peccatoribus orare, & alia bona agere, utpote in pe-  
 riculo

riculo aeternae salutis amittendae constitutis, quod  
 modum olim Bertrandus Dominicanus censuit, <sup>quia</sup>  
 facile opinionem suam mutavit, quando ab ipso <sup>facto</sup>  
 pia anima apparente errorem suum deducit.  
 Certè vel hoc unum sufficere poterit ad dictam <sup>opinionem</sup>  
 opinionem evellendam, quòd is, qui animas eam <sup>in</sup>  
 ne liberat, ut ipsae postea in caelis pro peccatis <sup>propter</sup>  
 conversione intercedant, efficacius longè peccatis <sup>propter</sup>  
 bus auxilium praestaret, quàm si ipsemet pro illis <sup>facto</sup>  
 set, aut opera sua obtulisset. Fortior, saltem <sup>in</sup>  
 ciem, est altera objectio, utpote ex proprio <sup>in</sup>  
 petita, qui suadet, ut caritatem ordinatam <sup>propter</sup>  
 ipsis inchoemus, atque adeò nostra prius, post <sup>secundum</sup>  
 mùm aliorum debita expungamus: quo argu- <sup>Lyd-</sup>  
 permotus P. Rodericus Arriaga iudicat, omni <sup>quando</sup>  
 cere contra caritatem ordinatam suipsum, quod <sup>salu-</sup>  
 omnem operum suorum fructum satisfactorium <sup>manen-</sup>  
 abdicat, & animabus purgatorij transcribit, <sup>quod</sup>  
 id ipsum adeò persuasum habet P. Theophilus <sup>are po-</sup>  
 naudus, ut inter heteroclitas pietates numerari <sup>bi der-</sup>  
 horreat eiusmodi caritatem. Verùm horum <sup>era ap-</sup>  
 menta tanti non sunt, ut propter ea recedere <sup>probat-</sup>  
 beat ab altera opinione, uti fusè & solidè <sup>propria-</sup>  
 aureo suo tractatu de misericordia animabus <sup>pro-</sup>  
 da P. Jacobus Montfordus, ubi postquam per <sup>que fac-</sup>  
 capita demonstravit, eum, qui suas actiones <sup>actis,</sup>  
 pro animabus, nihil perdere, sed plus mereri, <sup>adeò m-</sup>  
 trare, satisfacere, imò spem valde magnam <sup>at is,</sup>  
 re posse purgatorij omnino evitandi, tandem <sup>dem if-</sup>  
 duodecimo in compendium quasi redigens <sup>dem st-</sup>  
 et, triplici hac ratione ostendit, per ejusmodi <sup>ratio a-</sup>  
 eationem nihil contra ordinatam caritatem fieri <sup>propria-</sup>

Quia mille purgatoria nullius momenti reputanda  
 censentur, si ipsdem unicus gradus gloriæ altioris obtineri  
 non ab ipso possit; cum ergo per ejusmodi praxin & perfectissi-  
 dedoctam caritatem haud dubiè quàm plurimi gradus  
 dictæ gloriæ obtineantur, qui sine illa nunquam obtineren-  
 tas eâ intar, rectè concluditur, non facere contrarium quid  
 peccatitati propriæ eum, qui gradus illos gloriæ, quibus  
 gè peccatiteretur, si citiùs propter applicationem operum si-  
 pro illi factam cælos ingrederetur, negligit, ut plures, imò  
 saltem finitos illos gradus gloriæ, quos per totam æterni-  
 tatem ob istam caritatem animabus exhibitam, per-  
 atam à se purus est, hâc dilatione comparet. Alioqui sanè  
 as, postec S. Basilius, S. Ignatius, S. Christina Mirabilis,  
 o arguit Lydwina & alij Sancti rectè ac prudenter egissent,  
 , omni- tando optione sibi factâ, cælos ingrediendi, aut  
 us, quæ salutem proximi procurandam diutiùs in terris per-  
 actorum anendi, hoc posteriùs elegerunt. 2. Quia, qui  
 ibit, quajsmodi misericordiam exercet, multò certius spe-  
 are potest, se purgatorium evasurum, aut certè diu  
 detentum non fore, quàm si sibi ejusmodi sua o-  
 era applicâsser, uti citatus Author c. II. efficaciter  
 robat, ergo etiam ex hoc capite contra caritatem  
 propriam non facit. Imò, ut docet C. Lugo, hoc  
 de pro- quòd caritatem augeat, fit dignior persona, adeo-  
 bus per- que facit, ut pœna, quæ priùs proportionata erat de-  
 ctiones actis, jam respectu personæ dignioris nimia sit, atque  
 ereri, adeò minui debeat. 3. Quia cum ex una parte pos-  
 am con- sit is, qui actiones suas dicto modo offert, conditio-  
 ndem nem istam apponere, ut eatenus duntaxat intentio-  
 ns pri- nem suam hanc validam esse velit, quatenus talis ob-  
 smodi- latio ad majorem DEI gloriam confert, & caritati  
 m fieri propriæ non obstat; ex altera verò parte coronet &



præmiet DEUS voluntatem, quando non in ea quæ  
cultatem, faciliè apparet, per ejusmodi applicati-  
utpote juxta probabilem plurium Ascetarum eam  
nam susceptam, nullatenus nocere, plurimò  
ad suum tum erga DEUM, tum erga animas  
& amorem demonstrandum conducere posse.

VI. Ut solidam sciat praxin, ejusmodi  
tionem fructuosè faciendi, quæ quidem  
tus Montfordus in sequentibus constituit.  
quis studeat semper esse in statu gratiæ. 2.  
ra sua singula studiosè perficiat. 3. Ut  
hanc misericordiam excitantia bene ponderet.  
Ut nonnunquam renoventur actus, quibus  
alteròve motivo opera sua quis transcripsit.  
quotidie, si fieri possit, renovetur intentio  
simili modo: Ut animas Fratrum meorum  
rum è pœnis suis liberem, iisque possessione  
næ felicitatis accelerem: ut divinæ Majestati  
rem, ejusque gloriæ augmentum procurem.  
nefactori meo liberalissimo gratissimum  
actionis genus reponam: ut honorem divinum  
per innumera peccata læsi, meliore, quo possu-  
do reparem: ut denique Christo ipsi, & Sa-  
tri ejus, & reliquis Sanctis obsequium acceptum  
præstem: ecce mi DEUS, animarum Amari-  
losissime & tenerrime, offero tibi hodie pro  
rio animarum in purgatorio, non solùm opera  
omnia, quæ hodie facturus sum, vel ab alio  
pro me hoc die fient, sed & omnia, quæ  
quam tempore facturus sum bona, vel quæ  
per vitam pro me fient, imò etiã post mortem pro  
ferentur, quantum hoc ex majore tua gloria

que tuæ voluntatis beneplacito fieri à me potest.  
 accipe, ô dulcissime JESU, exiguam hanc oblationem  
 meam, quam pro animabus mihi dilectissimis  
 & omni possibili affectu ex corde facere de-  
 sidero.

## §. XI.

## De Fortitudine.

I. Est Virtus animi, quâ labores, mortisque pe-  
 culâ, & aliæ occurrentes difficultates constanter susci-  
 untur, & perferuntur; de qua Sequentia Ascetæ sunt  
 notanda.

II. Primum est, ut bene intelligat naturam for-  
 titudinis, quam quidem S. Thomas breviter sic indica-  
 vit: *Fortitudo principaliter est circa timores difficultum  
 rerum, quæ retrahere possunt voluntatem à sequela ra-  
 tionis. Oportet autem huiusmodi rerum difficultium im-  
 pulsus non solum firmiter tolerare, sed etiam moderatè  
 aggredi.* Unde fortitudinis duo sunt præcipua officia,  
 quæ P. Hieremias Drexelius duo brachia vocat, quo-  
 rum alterum offeum est, & *aggressio* vocatur: alterum  
 ferreum, & *tolerantia* appellatur. Et hoc est, ceteris  
 paribus, longè præstantius priore, id quod S. Thomas  
 probat triplici argumento. 1. Quia toleramus valen-  
 tiores nobis; invadimus, quem saltem putamus fore  
 debiliorem. 2. Quia ferendo incumbunt mala jam  
 sentimus, invadendo adhuc futura prævidemus. 3.  
 Quia in puncto temporis invadimus, non nisi aliquo  
 temporis intervallo sustinemus.

Secundum est, ut bene intelligat gradus, per quos  
 ad fortitudinis perfectionem pervenitur. Quorum  
 primus

K 3

primus

primus est occurrentes aduersitates forti & animo suscipere, maximè si ex improviso nam, ut ait Aristoteles, in repentinis periculis apparet fortitudinis habitus, eò quòd omnia maiora videantur, utpote ad quæ prævidenda consideranda spatium non datur. Alter est, occurræ agendi & patiendi fortia, vehementer desideria studiosè quærere; uti Sanctus Franciscus & S. Martinus Martyrium quæsiverunt, & S. Andreas ad conspectâ cruce exclamavit: *O bona Crux: iam desiderata, & concupiscenti animo preparata: ex gaudio gaudens venio ad te.* Tale quippe desiderium radicatum valde habitum, aut certè æstimationem virtutis. Tertius tandem gradus est, cum magnitudine & gaudio, siue quæritas, siue ultra occasiones eiusmodi excipere, & amplecti. Quod Christus de se dixit: *Baptismo habeo baptizari modo coarctor, usque dum perficiatur.* Hinc discipuli conspecto hoc Magistri sui exemplo, ibidem stantes, quoniam digni habiti sunt pro nomine contumeliam pati.

Tertium caput est, ut solida sciat media, & difficultatem in exercitio hujus virtutis minuetur quorum quidem tria sunt præcipua. 1. Ut sibi certaminis hujus terminum circumscribat, & diuturnum nimis fore sibi persuadeat, ipsâ hanc certamine constantia frangatur, animusque à tali certamine velut impossibili absterreatur. Itaque in ejusmodi occasione certandi constitutus, illud, quod DEUS Philadelphix Episcopo dici iussit, sibi quoque dicitur putet: *Ecce venio citò, tene, quod habes, ut accipiat coronam tuam.* 2. Ut filios sæculi &

brarum menti objiciat, consideretque, quanta plurimi ex necessitate, ut pauperes, & infirmi, ac captivi; alij spe vilissimi & incerti lucri, ut mercatores, milites, opifices: alij vanissimæ gloriæ & favoris desiderio, ut Attici: alij denique carnalis & impuri amoris æstro concitati, ut Amasij & Proci, agant & patiantur. Itaque has turmas sibi ostendi à DEO putet, simulque illa olim S. Augustino dicta verba repeti: potuerunt isti & istæ, & tu non poteris? an necessitas, & spes vana plus poterit, quàm gratia, spes, & caritas divina? 3. Ut JESUM, exemplo S. Stephani & S. Antonij, vel ipsum DEUM & totam curiam cælestem, se in pugna inuentem, & tum promissione præmij infiniti, tum suo exemplo animantem, sibi imaginetur. Si enim in hac vita conspectus Ducis, vel astantium, tantos animos addit certantibus vel duellantibus, quid non efficiet tantorum Spectatorum præsentia animo concœpra?

## §. XII.

*De Mansuetudine.*

I. Est Virtus, quâ iram adversus eos, qui nos injuriâ afficere videntur, comprimimus, & moderamur; de qua tria præcipuè Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut Naturam atque perfectionem illius bene cognoscat. De Natura itaque sciat, mansuetudinem non in eo consistere, ut nunquam quis irascatur, sed ut, quemadmodum SS. PP. advertunt, sciat, pro quibus, & quibus, quando, & quo modo irascatur. *Neque enim ferire, inquit S. Chrysostomus, absolutè atrocitatis est, nec parcere*

mansuetudinis, sed mitis ille est, qui ferre potest animam  
 in seipsum peccata sunt: qui aliis factam injuriatur.  
 pulsat. Qui autem id non facit, est deses, & spiritus  
 lentus, & nihilo melius mortuo affectus, non perces  
 mansuetus. Quare opera danda est, inquit  
 tensis, ut illud nobis ante oculos Domini  
 mus. Dulcis & rectus Dominus: sicque malis  
 tudinem justitiæ, & rectitudinem dulcedini  
 mus, ut neque rectitudo sit aspera, neque  
 remissa.

III. Porro perfectionem hujus virtutis  
 attinet, rectè hanc S. Climacus explicasse  
 quentibus verbis: *Initium beata tolerantie (an  
 suetudinis) est in amaritudine & dolore anima  
 minias suscipere: medium verò eas sine morro  
 rare: finis autem & consummatio, summam  
 dem tribuere. Vidi ego, inquit ulterius idem  
 tres viros Religiosos, ex quibus unus mordebat  
 dem injurijs & perturbabatur, sed tamen in silen  
 mebat iracundiam. Alius verò gaudebat quidem  
 luctu suo, sed ejus, qui se maledictis insectatus  
 peccato angebatur. Tertius verò proximi tantum  
 na secum volvens, vim ardentium lacrymarum  
 fundebat. Eratque suave spectaculum timoris, &  
 cedis, & caritatis operarios aspicere.*

IV. Alterum est, ut sciat, aptum &  
 medium, ad prædictam perfectionem hujus  
 obtinendam, quale quidem sapienter S. Chrysostomus  
 mus assignavit, dum dixit: *Hoc pacto Christi  
 Discipuli, si mansueti fuerimus, & mitis ingenij,  
 de autem tales siemus? Si nostra frequenter  
 reputabimus, si lugebimus, si flebimus. Neque*

anima tanti doloris particeps irritari atque irasci pati-  
 injuriatur. Ubi fletus, ira esse non potest: ubi dolor & con-  
 fessio, & tritio, longè abest omnis irritatio. Mens enim dolore  
 percussa non studet elationi, sed amarè ingemiscit.

V. Tertium est, ut, cum potissima mansuetu-  
 dinis exercendæ occasio in regendis & corrigendis  
 alijs reperitur, ante omnia sciat Asceta, quomodo  
 suavitas cum gubernatione aut correptione aliorum  
 conjungi debeat. Quâ quidem in re pro primo prin-  
 cipio ponenda est illa S. Laurentij Justiniani senten-  
 tia: *Frater mandante Domino corripatur blandè ac  
 dulciter; nam mollibus potiùs, quàm duris sermoni-  
 bus compungitur animus delinquentis.* Deinde verò  
 bene cognoscere studeat, in quo asperitas guberna-  
 tionis aut correctionis consistat; ubi præ reliquis fa-  
 cem præfert P. Claudius Aquaviva Societatis JESU  
 Generalis, dum sic loquitur: *Asper est & gravis Su-  
 perior, cum nimium credulus primis quibusque de-  
 lationibus tenaciter adhæret, nec ab eis se abduci pa-  
 titur. Asper est, cum quasi omnes transgressiones  
 æquales sint, easdem minoribus, quas majoribus  
 pœnas decernit. Asper est, cum ijs, quæ sola moni-  
 tione corrigi possunt, actiora adhibet medicamenta.  
 Asper est etiam, cum loci & temporis momenta, &  
 opportunitatem expectare nescit: cum errata, quæ  
 secretâ correctione emendanda fuerant, ita palàm fa-  
 cit, ut subditum confundat: cum in corrigendo ira-  
 cundiâ magis agi, quàm Zelo & caritate duci se o-  
 stendit, verbis ac gestibus incompositi ac perturbati  
 animi signa exhibens: quæ non modò nihil confe-  
 runt ad consequendum, quod sibi proposuit, sed etiam  
 maximè nocent.* Nam cum duo sint, quæ in sub-  
 dito-

ditorum animis, cum castigantur, plurimum  
solent, alterum reverentiae, quae erga Superiores  
ciuntur, ex opinione de illius virtute ac pro  
concepta; haec sane opinio debilitetur, necesse  
cum illum vident hominem esse similem alijs  
minus, quam alios, ad passionum impetus  
tum! alterum persuasio, quae se diligere creditur;  
certè minui necesse est, cum quis viderit, Superiorem  
rem neque paternè, neque amanter secum  
Asper denique est, cum omnino non ostendit  
xitate se moveri, & desiderio perfectionis Filium  
cum reprehensionis austeritatem non temperat  
cedine spei, quam de illorum emendatione  
profectu praefecerat. Haecenus Claudius, quibus  
di possunt alia quæpiam indicia, quae in Indutibus  
libello consignavit: nempe 1. Si res ipsa, quae  
jungitur, gravis sit, & importabilis, saltem res  
virium illius, cui injungitur: Si verbis asperitas  
modoque despotico injungatur: Si urgeatur  
tio eo tempore, quo subditus non est probe dis  
tus, nec detur tempus & auxilia, ut se disponat  
tam gravia, quam levia eodem ardore exigantur  
omnes subditi rationes & excusationes, primo  
aspectu tanquam tentationes, eo benignè non  
to, rejiciantur: si se suspiciosum ostendat Superiorem  
& ita affectum erga aliquem, ut putet subditus  
in re se illi posse satisfacere: si malam de subdito  
pinionem praefecerat, & omnia in deteriorem partem  
interpretetur: si in rebus injungendis non tanquam  
rationalem & volentem Filium, sed tanquam  
me instrumentum movere videatur: si ita loquatur  
aut jubeat aliquid, ut æquivocè & obscurè dicatur

velit, quasi studio nolit intelligi, quo semper liberum ei sit, subditum atquere: si neget ferè, quæ petuntur: est enim habenda ratio rei, quæ petitur: ejus, qui petit: adificationis Externorum & Nostrorum: denique ejus, qui petit, utilitatis. Denique huc etiam pertinet doctrina à S. Isidoro Pelusiota tradita, dum ait: *Quemadmodum periti Medici in morborum initijs remedia hand temerè adhibent, verum aliquantisper expectant, dum morbus de acrimonia nonnihil remittat, ac tum demum ad medendam se conferunt, eodem modo nec vigente mœrore, eum, qui præ ipsius magnitudine velut temulentia quâdam laborat, objurgare convenit (nam alioqui sermonem non secus ac collyrium, inutilem imprudentes reddemus) verum postea, quam ad tempus mœroris socios nos præbuerimus, atque hujusmodi affectum nonnihil sedari sciverimus, ita demum ad curationem proficisci.*

## §. XIII.

*De Patientia.*

I. Est virtus, quâ mala hujus seculi æquo animo sustinemus, ita ut propter illa nec interiùs immoderatè turbemur, aut tristemur, nec exteriùs aliquid minùs honestum, aut decorum admittamus; de qua sequentia Ascetæ specialiter notanda sunt.

II. Primò generalia quædam fundamenta bene apprehendenda sunt, quorum primum est: Ut firmissimè sibi persuadeat, neminem sine tribulatione esse, id quod pulchrè S. Augustinus super illud Apostoli: Flagellat DEUS omnem, quem recipit: indicavit dicens: Itane omnem? Ubi te volebas absconde-



feondere? omnem. Et nullus exceptus, nullus flagello erit? Quid est omnem? Vis, vis quem omnem? Etiam unicus sine peccato, non que flagello.

Secundum fundamentum est, ut pari firmi sibi persuadeat, DEUM esse summè potentem, adeò non sit malum in civitate & orbe, quod fecit Dominus: *Summè sapientem*, atque adeò malum omne in bonum convertere, ut Joseph patriarcha olim confessus est dicens suis Fratribus: *lite timere, num DEI resistere possumus volumus*. Vos cogitâstis de me malum, sed DEUS verum lud in bonum, ut exaltaret me: *Summè quopiam num*: Ut adeò quicquid facit, vel permittit, ad nostram utilitatem ordinet, nisi ipsimet velimus in numerum nostrum detorquere. Unde eleganter Augustinus, quid timet, inquit, homo in sinu DEI situs? Tu de sinu illius noli cadere, & quicquid tibi evenerit, in bonum, & non in malum convertetur. Tertium est, ut firmiter credat, nullum propriè etum malum esse, nisi peccatum, eò quòd hoc separet, aut certè conjunctionem minuat cum bono, id est, DEO; Unde rectè deducitur commune axioma, quòd *nemo ledatur, nisi à seipso*: nemo ad peccatum cogere possit. Quartum est, etiam certò sibi persuadeat, quod S. Paulus dixit, *pepe fidelem esse DEUM*, qui non patietur nos tentari supra id, quod possumus sustinere. Atque ut bene dixit S. Isidorus Pelusiota, in tentatione non incidere, fortè impossibile esse, ei autem minime succumbere possibile; cùm omnia possimus eo, qui nos confirmat.

III. Secundò bene pariter apprehendenda sunt præcepta seu regulæ ab Arte patiendi præscribi solitæ. Prima est : *Quod pateris justè, patienter ferrememento* : Quem enim diligit DEUS, castigat ; flagellat autem omnem Filium, quem recipit. Quem in finem sapienter discurrens Seneca ait : Affecti sumus pænâ, succurrat non tantùm, quid patiamur, sed quid fecerimus. In consilium de vita nostra mittamur. Si verum ipsi nobis dicere potuerimus, pluris litem nostram æstimabimus. Si volumus æqui omnium rerum Judices esse, hoc primum nobis suadeamus, neminè nostrū esse sine culpa. Hinc enim maxima indignatio oritur : nihil peccavi, nihil feci, imò nihil fatearis. Quis est iste, qui se profiteretur omnibus legibus innocentem ? Rectè ergo S. Augustinus ait : Vulgus hominum injustè se putat tolerare, quæ patitur : at verò vir justus, qui seipsum statim in principio sermonis accusat, justitiam Domini prædicat, quod digna meritis suis patitur. Dicat proinde quivis cum Michæa : Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei. Secunda est : *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam quotidie & sequatur me.* Et hæc regula respondet secundo fini, quem DEUS in tribulationibus mittendis sibi præfigit, scilicet *probationi* (quemadmodum prima primo fini, scilicet *purgationi* seu *castigationi* respondet) de qua Apostolus dixit : gloriamur in tribulationibus, scientes, quòd tribulatio patientiam, operatur, patientia verò probationem. Sicut ergo Discipulus Philosophiæ aut Theologiæ operam navans, & cupiens speciem hausti sui profectûs exhibere, pro magno beneficio agnoscit, & accipit, si quis acriter ejus doctrinam impugnando, occa-

occa-

occasionem præbeat suæ scientiæ & diligentiæ deservon  
 strandæ, ita non minus beneficium reputare quæ nîhi,  
 debet, si per varias tribulationes submissas examis, d  
 ipsum DEUS, an & quantum profectum in vices cap  
 fecerit. Tertia est: *Omne gaudium existimate brevita*  
*tes mei, cum in varias tentationes incideritis:* Spulatio  
 tes quod probatio fidei vestræ patientiam operata, ne  
 patientia autem opus perfectum habet, ut sitis pmon p  
 sti. Arque hæc regula tertio fini, ob quem Diaggrav  
 tentationes ac tribulationes immittit, scilicet: affert  
 responder; juxta illud Apocalypsis: Ego, quos & ma  
 arguo, & castigo. Porro hoc gaudium tantò sit cog  
 perfectiùs, quantò graviores fuerint tribulationes sistere  
 quibus illud concipitur. Possunt autem graviores vertit  
 tribulationes multiplici ex capite. 1. *Ex generi* cerbic  
*seu objecto*: sic graviores meritò reputantur lere d  
 persecutiones; nam teste S. Chrysostomo, nihil cruce  
 què mordet animam, ac improperium: nihil cis le  
 tabefacit mentem ac dicteria & convitia; nam nibus  
 viri per convitia sæpe sunt subversi; 2. *A multitudine* tia, v  
*ne persequentium*: Majorem enim calamitatem lacry  
 cerbiorem dolorem vulnus à pluribus acceptum rum  
 citat, inquit idem Sanctus. 3. *Si ab Amicis vel* I  
*mesticis, vel alijs, quibus benefecimus, oriantur* theci  
 modi persecutiones; nam, ut Cassiodorus recte na a  
 vertit, graviter dolet injuria, quæ contingit inspe tatis  
 ta; & si inde proveniat dolus, unde sperabatur calic  
 xilium. Imò, teste S. Chrysostomo plerique ab fama  
 micis convitijs affici, aut in suspicionem adduci, pho  
 detur omnibus mortibus intolerabilis; cujus rior  
 nem reddit S. Gregorius, quia cum damno corpo mod  
 mala nos cruciant amissæ libertatis, hinc David Ado  
 peti

personam Christi dixit: Si inimicus meus maledixisset  
 tibi, sustinuissem utique. Tu vero homo unani-  
 mas exanimis, dux meus, & notus meus, qui simul meam dul-  
 cem in vires capiebas cibos. 4. Ex diuturnitate: Ut enim  
 brevis duritas minuit, ita diuturnitas non modicè auget, tri-  
 stitiam: Solationem, maximè si etiam liberatio meritò spera-  
 tur, nec tamen impetrata fuerit, tum enim spes dilata  
 non parùm cruciat. 5. Ex circumstantiis quibusdam  
 Diagravantibus crucem & dolorem, quales Lancizius  
 affert septuaginta, ex quibus sequentes sunt potiores,  
 & magis usitatæ: nolle inquirere Authorem, si non  
 sit cognitus: non se excusare apud ullum: non re-  
 sistere convitanti (nam suppressus dolor, ut bene ad-  
 vertit S. Bernardus, altius introsum radicavit, eò a-  
 cerbior factus, quò non est exire permissus) non qua-  
 rere defensores, non accusare, nec coram DEO suas  
 cruces commemorare (hoc enim magnum foret cru-  
 cis levamen) non emendicare aut procurare ab homi-  
 nibus compassionem: nulli unquam, nisi obedien-  
 tia, vel caritas suadeat, suam crucem revelare: etiam  
 lacrymarum silentium servare: Memoriam injuria-  
 rum delere.

IV. Tertiò comparandum est aliquod myro-  
 thecium spirituale continens varia dalmata seu lumi-  
 na ac motiva roborantia contra deliquia pusillanimi-  
 tatis, abjectionis, desperationis, impatientia, &c. oc-  
 casione adversitatum oriri solita. Talia autem bal-  
 sama esse possunt omnia ferè motiva suprà paragra-  
 pho nono indicata, præcipuè autem sequentia qua-  
 tuor, quæ omni statui hominum sunt magis accom-  
 modata. 1. Exemplum Christi; ita enim ipse suavitè  
 Adolescenti, dum inter adversa jam propè fatiscenti  
 dixit:

dixit;

dixit : Omnes tuas tribulationes intinge in  
 nem lateris mei , & , quantumcunque dure  
 graves , mox molles & leves efficientur. 2. Exem-  
 plum Sanctorum : Si enim Solatium est miseris  
 etiam homines duntaxat infirmos & imperfectos  
 bere , quantum erit solatium tot cælitè in Societate  
 tribulationum adscitos videre ? Utpote de quibus  
 ritò canat Ecclesia : Omnes Sancti , quanta passim  
 tormenta , ut securi pervenirent ad palmam  
 tyrij. 3. Exemplum Filiorum seculi , tamquam  
 labores ac tribulationes pro vili lucro paucorum  
 morum , momentaneæ voluptatis , vanissimæ  
 aut honoris tam generosè , alacriter , atque con-  
 ter perferentum , de quibus meritò sibi quisque  
 olim S. Augustino dictum applicare poterit : *pa-*  
*runt isti , & isti , & tu non poteris ?* 4. Exem-  
 plum Damnatorum aut certè in purgatorio existentium  
 nimarum , cum quibus pares aut etiam graviores  
 nas sustinere millies fuisset promeriti ; an non  
 nim sic gaudebimus per obolum solvere nos post  
 hac vita , quod innumeris cruciatibus , ac dol-  
 talentis in altera fuisset persolvendum ? Verè  
 quæcunque dura & molesta , quæcunque gra-  
 horribilia , quæ quisque patitur in hac vita , in  
 paratione æterni ignis non tantùm parva , sed  
 sunt , inquit rectè S. Augustinus.

V. Quartò instructus esse studeat ad quæ-  
 nes aliquas Asceticas hac in materia proponi solitas  
 solidis Asceseos fundamentis resolvendas ; conjunctas  
 sunt. 1. Cur DEUS Famulos suos , quò fideliter  
 serviunt , quòque plura pro ipsius gloria agunt ,  
 patiuntur , eò pluribus persecutionibus & tribulationibus

bus obnoxios esse sinat? Sic enim plerumque fie-  
 restatus est in primis S. Gregorius his verbis: Ego  
 identer dico, quia minus piè vivis, si minus persecu-  
 tionem pateris. Testatus est. 2. S. Macarius di-  
 cens: Viri divini præparare se debent ad certamen  
 & prælium. Ea enim est Christianæ Religionis via,  
 ubi est Spiritus Sanctus, ibi statim sequatur con-  
 flictus & persecutio. Vides Prophetas, quoniam pa-  
 to à Contribulibus suis persecutionem passi sunt, in  
 quibus tamen Spiritus operabatur. Vides, quomo-  
 do Dominus non ab alia Gente, sed à suis persecu-  
 tione affectus est, nempe à propria tribu Israël, à qua  
 etiam cruci est affixus. Idem & Apostoli. Itaque  
 statim à Cruce transivit Spiritus Paracletus, & mi-  
 gravit ad Christianos. Testatus est. 3. S. Ignatius,  
 qui Parisijs operam dans, & à quodam quæsitus, cur  
 omnia ei tunc prosperè fluere? respondit: Me  
 tacente tacent alij: Quiescente quiescunt: Ubi me  
 commovero, invida continuò tempestas exortetur,  
 cuiusque fluctibus exagitabor. Testatus est. 4. S.  
 Franciscus Xaverius dicere solitus, videri sibi Nostros  
 nequaquam fideliter militare, si diu nullis insectato-  
 ribus exercerentur. Testata est. 5. S. Teresa di-  
 cens: Semper observatum est, eos, qui Christo Do-  
 mino Viciniores & propiores fuere, plus alijs, labo-  
 ribus & adversis lancinatos & divexatos esse. Ad  
 hanc ergo quætionem respondeat, geminas hujus rei  
 esse causas. Prima est *Amor DEI* erga hujus-  
 modi Personas: Ita 1. testatus est ipse Christus S.  
 Birgittæ dicens: Amici mei tribulantur in hoc mun-  
 do aut ad minus supplicium in futuro, aut ad mayo-  
 rem coronam in cælo. Nam Petrus & Paulus pro  
 L  
 justitia

justitiâ mortui sunt, sed Petrus amariùs Paulo  
 plùs dilexit carnem Paulo: & quia Ecclesia  
 cepit primatum, debuit & se mihi majore  
 formare. Paulus verò quia plùs dilexit  
 tiam, quia plùs laboravit, tanquam miles  
 dium obtinuit. Sed & aliàs eidem de  
 piscopo dixit: Propterea quia amicus meus  
 eum intimè diligo, ideo quasi amico laborio  
 impono. 2. Idem testatus est Angelus  
 gittæ de B. Virgine dicens: Congruè  
 nuncupari potest florens rosa, nam sicut rosa  
 re solet inter spinas, ita hæc Venerabilis Virgo  
 mundo crevit inter tribulationes. Et quæ  
 dum quantò rosa se in crescendo plùs dilatat,  
 fortior & acutior spina efficitur, ita & hæc  
 ma rosa MARIA, quantò plus ætate crescebat,  
 fortiorum tribulationum spinis pungebatur.  
 autem ad illam ætatem ipsa pervenit, quæ  
 factus est Filius suus, tunc plenissima illa rosa  
 pulchritudine magis dilatari ac crescere  
 tribulationum spinæ ipsam acriter stimulant  
 res & acutiores quotidie efficiebantur. 3.  
 idipsum est B. Maria Magdalena de Pazzis,  
 stum allocuta dixit: Permittis, ô Verbum,  
 nes configere cum servis tuis, eos ut facias  
 res; & quantò majorem gratiam dare vis,  
 lumen ad te cognoscendum, tantò magis  
 fornaces & ignes, in quibus purgentur corda  
 auri, & appareant illorum virtutes tanquam  
 digni & pretiosi. Hinc jam olim Ethnici  
 suis Diis quoque senserunt, ut Seneca his  
 statur: Hanc rationem Dij sequuntur in bonis

quam in Discipulis suis Præceptores, qui plùs laboris  
 exigunt ab his, in quibus certior spes est. Dicant  
 ergo ipsi: digni visi sumus DEO, in quibus expe-  
 retur, quantum natura humana posset pati: optimi  
 ad durissima mittuntur. Secunda causa est  
*Diaboli* erga eosdem Justos: Quod tribus ex  
 causis concipit. 1. Quia per illos magis glorificatur  
 DEUS, cujus proinde gloriam in ipsis Dæmones im-  
 minuere cupiunt. Ita S. Laurentius Justinianus in-  
 dicavit dicens: Præmonebat milites suos Christus ad  
 persecutionum tolerantiam, ne imparati ad certamen  
 accederent: sciebat quippe, semper Justis bella ab  
 humani generis Adversario commoveri, quæ non tan-  
 tum adversus homines, qui invisibiliter infestantur,  
 verum etiam contra hominum Conditorem concita-  
 ri noscuntur, non tamen ut invincibilis debelletur,  
 sed ut ipsius gloriam in hominibus denigretur. Bac-  
 tatur itaque adversum Justos, per quos utcumque  
 Divina proficitur laus, quatenus ex laudantium per-  
 tione, magnificentiam diminuat laudati. 2. Quia  
 eos meritis & virtutibus abundare videns invidet,  
 adeoque spoliare conatur. Quam causam S. Chryso-  
 stomus indicavit his verbis. In tempore virtutis per-  
 fectæ tunc Diabolus spirat vehementius. Et quem-  
 admodum Piratæ, qui mare navigijs infestant, non  
 tunc, ubi conspexerint navem de portu exeuntem  
 invadunt (quid enim hinc fructus caperent, si sca-  
 pham inanem demergerent?) Sed ubi redierit onu-  
 ta, plenâque sarcinis, tunc demum omnes experim-  
 unt artes; ita sceleratus ille Dæmon simul atque vi-  
 derit aliquos multa collegisse v. g. jejunia, preces, elee-  
 mosynam, castitatem, reliquasque virtutes omnes,  
 L 2 ubi



ubi videt navigium plenum esse pretiosis lapidibus, tunc irrumpit undique thesaurum perfodiens, & ipsi portus ostijs scapham demergat, jamque ad eum portum ejiciat. 3. Quia per Justorum & potestas Sathanæ maximè imminuitur; Atè idem S. Chryostomus ait: nunquam ac scivit scelestus ille Dæmon, quàm cum sis & instrumentis multa videt diripi. Non qui parva gessit, & mala, malam illam tare. Quamobrem quando videris virum magna & præclara gerere, & mala pati ne mireris. Nam contra mirari oporteret, si multas accipiens plagas esset quieturus, & ra placidè toleraturus. Rectè ergo intelligamus, quantò studiosiores pro fuerimus, tantò nos vehementiùs ab Adversariis petendos.

VI. Altera quæstio est, an perfectioris admittat defensionem sui contra calumnias, & excusationes & testimonia? contrarium quippe videntur tum Christi & Sanctorum exempla, quam se, etiam in periculo gravissimorum incurrendorum, defendentium: tum SS. passim id dissuadentium consilium. Excitabit S. Teresa, Divina Majestas aliquem, qui tronum vobis tacentibus ager, sed vos hujus cordari nollem, sed gaudere, quòd culpamini si vos non defenderit, certum est, id minime esse. Ad hanc quæstionem respondeat per solutiones. Prior est, esse omnino licitam & sub præcepto adhibendam defensionem informationem, vel excusationem, quando illi

vel in infamiam tertij cederet, vel in scandalum aut  
 inuam aliorum, aut Superior rei veritatem exquire-  
 ret, nam libertas loquendi, quâ iusti viri pro iustitiâ  
 usi sunt, teste S. Isidoro Pelusiota, non à fastu &  
 arrogancia, sed à necessitate nata est. Hæc enim  
 iuste incommodis affici viderentur, huiusmodi vo-  
 ces expressit. Ut tamen securiùs transigatur hæc de-  
 fensio, & ne amor proprius & cupiditas excellentiæ  
 quæ, ut docent sancti, origine & peccato prima, in  
 conflictu ultima est, nos decipiat, rectè quis faciet,  
 si se præmissâ precatone in æquilibrio constituat, &  
 vel à Superiore vel Confessario, vel alio pruden-  
 te viro consilium petat. Posterior resolutio est, ex-  
 tra dictos casus plerumque esse omittendam sui de-  
 fensionem, maximè cum, teste Lancizio, experien-  
 tia prober, multis non profuisse excusationem; & mul-  
 tis, etiam gravissimas infamationes, nec officiorum  
 publicè obeundorum cursum, & successum, nec ani-  
 marum lucra impedivisse.

VII. Tertia quæstio est, an saltem sine perfe-  
 ctionis præiudicio licitum sit, à DEO defensionem  
 & auxilium petere. Uti Ecclesiæ & magnorum vi-  
 torum exempla suadere videntur? Ad quam respon-  
 deat cum Lancizio, triplicis generis esse tribulationes  
 & cruces. 1. Communes, quæ concernunt totam  
 Ecclesiam vel aliam communitatem. 2. Aliæ priva-  
 tæ quidem, sed tamen, nisi avertantur, in damnum  
 communitatis cessuræ. 3. Privatae & Personales,  
 quæ nulli alteri, quàm ipsi patienti præiudicium aut  
 damnum afferunt; & in prioribus quidem duabus tri-  
 bulationibus rectè à DEO auxilium peti, uti allata  
 exempla probant; secùs verò in posterioribus, in his

enim perfectio suadet, non petere à DEO levitatem, ut plùs patientiæ exerceatur, si minùs levitas extrinsecus offeratur. Quam ob causam S. Ignatius commendat unam ex Monialibus suis, Matrem Dignesium, dicere solitam, insignem quam rusticitatem fore, in doloribus, quos Dominus mitteret, alleviamentum quærere.

#### §. XIV.

#### *De Perseverantia.*

I. Est virtus, quâ in bonis operibus ad usque persistimus, & molestiam ex rei laboriositate provenientem superamus; de qua re notanda, quæ per commodè per similitudinem Navarchi navem pretiosis mercibus onustam in una regione in Patriam transvehentis indicantur.

II. Primum est, ut, quemadmodum Navarchus tantò magis æstimet officium sibi commissum tantòque majorem diligentiam adhibet in navigium portum perducenda, quantò plures ac pretiosiores merces sibi commissas novit; ita & ipse tantò majorem habeat de vita ad finem usque constituenda æstimationem, quantò plura magisque clara merita jamjam sibi pro altera vita committit. Quem in finem sæpiùs proderit ponderare in conditionem illorum Mercatorum, qui post ingratam mercium quantitatem comparatam, post innumerabilia pericula superata in ipso portu naufragium faciunt. Quam quidem deplorandam sortem patheticè S. Basiliius his verbis describit: O miserabile spectaculum sortem lugendam! post jejunia multa, post

Deo genus, post longas ad DEUM preces, post uberes effusas lacrymas, denique post annorum viginti seu triginta abstinentiam, ob indulgentiam, inconsiderantemque, nudum omnibus ac tot laborum mercede privatum reperiri, & similem fieri Mercatori cuidam liviti, qui in portu naufragium facit omnium, quæ tanto labore ac sudore sunt parta!

III. Secundum est, ut, quemadmodum Navarchus studiosè & constanter præparat, ac illæsa conservare studet omnia instrumenta ad navem feliciter dirigendam necessaria, ita idem etiam Asceta suo modo facere conetur. Quinque autem sunt Navarcho specialiter necessaria. 1. *Notitia via*, quam per inspectionem chartarum & Siderum cælestium potissimum comparare oportet: per quam spiritualiter intelligitur scientia earum rerum, quæ ad vitam Christiano modo, id est, piè ac modestè instituendam requiruntur, quæque tum lectione librorum Spiritualium, tum consideratione saluberrimorum exemplorum à Christo & Sanctis (qui sunt quasi sidera cælestia) relictorum obtinenda est. 2. *Velum*, quod suo tempore pro vento excipiendo expendatur; per quod in sensu mystico voluntas ad omnem divinum impulsu, omnesque S. Spiritus inspirationes excipiendum paratissima signatur. 3. *Anchora*, per quam tempore tempestatis ingruentis contra impetum ventorum ac procellarum adversantium atque quassantium firmetur, per quam meritò spiritualiter spes ac fiducia in DEI Sanctorumque auxilio intelligitur, juxta illud S. Pauli: In quo abundantius volens DEUS ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilii sui, interposuit iuramentum, ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri

DEUM, fortissimum solatium habeamus, quocirca cele  
 gimus ad tenendam propositam Spem, quam sic & di  
 choram habemus animæ tutam ac firmam, 4  
 menta cibi ac potûs, per quæ mysticè intelliguntur  
 poris ac sanguinis Christi, necnon verbi Divini  
 quæ in vitam æternam salientis, id est, gratiæ ac  
 crebra, imò assidua participatio. 5. *Remorum*  
*ordo*: per quorum primum intelligi potest virtutum  
 tentiarum tam corporearum, quàm spiritualium  
 nata applicatio: per secundum verò virtutum tam  
 logicarum, quàm moralium serium constantis  
 citium.

IV. Tertium est, ut, sicut Navarchus  
 cum sollicitudine præcidere & declinare satagit  
 la, ex quibus jacturam navis aut mercium pati  
 ita similem cautelam ac diligentiam ipse quoque  
 adhibeat. Quatuor sunt autem ejusmodi pericula  
 delicta 1. *Tempestates*; per quas rectè tribulationes  
 riæ, ad impatientiam & desperationem impellentes  
 liguntur, contra quas proin se per generosam &  
 etiam Patientiam armare debet. 2. *Pirate*: per  
 Dæmones, divitiis spiritualibus meritorum spe  
 satagentes intelliguntur, contra quos proin fortiter  
 daci & constante repulsâ tentationum pugnandum  
 juxta S. Jacobi monitum: *Resistite Diabolo*, &  
 giet à vobis. 3. *Syrenes*: per quos carnales tenta  
 nes rectè intelliguntur, contra quos proinde ob  
 one aurium, id est, oculorum & mentis ab iisdem  
 sione pugnandum est. 4. *Scopuli*: id est debiles  
 inutilia & nociva divitiarum, quæ mergunt homines  
 interitum & perditionem: qui proinde generoso  
 temptu & directione navis, id est, mentis ad portum  
 celestem

caelestis Patriæ, per considerationem, æstimationem,  
& dilectionem cælestium bonorum declinandi sunt.

## §. XV.

## De Mortificatione.

I. Est Spontanea, liberæque animæ à vita car-  
nali Separatio, & virium tam externarum, quàm in-  
ternarum ab illicitis operibus dissolutio; unde non  
immeritò sub alio nomine *Temperantia* vocari potest;  
de qua *Sequentia* scienda sunt *Ascetæ*.

II. Primum est, ut bene addiscat naturam & sub-  
stantiam mortificationis, quæ quidem in eo ferè con-  
sistit, ut inferior animæ pars seu appetitus sensitivus, su-  
periori ejusdem animæ parti, id est, rationi perfectè sub-  
ijciatur; & sicut homo per peccatum spoliatus est gra-  
tuitis (id est, donis supernaturalibus) & vulneratus in  
naturalibus (id est, imaginationem nactus inconstan-  
tem, memoriam dispersam, intellectum obscuratum,  
voluntatem ad malum proclivem, & ad bonum languen-  
dam) ita mortificationis beneficio duplex hoc malum  
à se removeat: sèque in antiquum *Justitiæ* originalis  
statum, quoad cum divino auxilio fieri potest, reducat:  
ne alioqui sensualem suum appetitum secutus: in se veri-  
ficet illud *Prophetæ*: homo cum in honore esset, non  
intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, &  
similis factus est illis.

III. Secundum est, ut bene apprehendat axioma  
illud à Christo propositum, cui tota mortificationis  
praxis innititur: *Qui amat animam suam, perdet eam:*  
*Et qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam.*  
Quòd scilicet odium sui quoad inferiorem partem,

fit verus amor sui quoad superiorem partem, & tenus per hoc odium procuratur animæ verum ac maximum bonum, quod est beatitudo, cuius etiam olim suo modo fiet particeps. Unde qui sic se perinde censebitur agere, ac is, qui ut vitam saltem poris illud incidi & uri patitur, multaque ab eo derata objecta negat; cum è contrario alius omnia vitui suo vitioso concedens, & per hoc sanitatem destruens, veriùs se odisse dicatur.

IV. Tertium est, ut sciat, quem ordinem mortificationis exercitio observare debeat, nimirum  
 1. in rebus ultrò obvenientibus, sive ex rigore Superiorum, sive imperfectione Fratrum sive difficultatiorum id contingat, mortificare nos discamus, inde gradum ad res necessarias, id est, ab observantia mandatorum aut regularum impediens, faciamus.  
 3. Ut etiam in licitis nos superare asvescamus. Opera ex obligatione obeunda, non ex necessitate consuetudine, sed unico voluntatis & beneplaciti vini implendi desiderio, peragere studeamus.

V. Ut solitam discat praxin, hoc mortificationis exercitium fructuosè instituendi, quæ quidem interterè præceptis consistit. 1. ut non conjunctim, sed per partes hoc studium arripiat; nam, ut bene adhibet S. Macarius, quemadmodum in utero imperfectus fetus non quamprimùm crescit in hominem, sed partim formatur ac gignitur, ita in rebus quoque spiritibus paulatim augetur homo evaditque in perfectum & plenitudinem ætatis. Certe DEUS mundum non uno ( ut tamen æquè facile potuisset ) sed sex diebus produxit

vel suo exemplo prudentem in studio perfectionis  
maturationem doceret. 2. Ut initium fiat ab iis, quæ  
validius nos occupant, & graviora mala accersunt. Ita  
Cassianus suavitatis his verbis: ita adversus vitia arripenda  
sunt prælia, ut unusquisq; vitium, quo maximè infeste-  
tur, explorans, adversus illud arripiat principale certa-  
men, omnem mentis curam ac sollicitudinem erga illius  
impugnationem observationemque defigens. Cùm-  
que ab eo se senserit absolutum, rursus latebras sui cor-  
dis simili intentione perlustret, atque exploret, quam  
sibi inter reliquas passiones perspexerit ditiores,  
atque adversus eam specialius omnia Spiritus  
arma commoveat. 3. Ut discretè hoc negotium  
assumat: nam, ut sapienter advertit S. Gregorius,  
sic necesse est, ut artem continentia teneat quatenus  
non carnem, sed vitia carnis occidat; nam plerum-  
que dum plus nimio caro restringitur, etiam ab exer-  
citatione boni operis enervatur, ut ad orationem  
quoque vel prædicationem non sufficiat, dum incen-  
tiva vitiorum in se funditus suffocare festinat. Opti-  
mus est in omni re modus, & laudabilis ubique men-  
sura (inquit rectè S. Hieronymus) corpus non fran-  
gendum sed regendum est. Regulam autem pro  
hac discretionem optimam assignat S. Augustinus, dum  
enarratis gravibus Sanctorum sui ævi pœnitentiis sub-  
jungit: caritas præcipuè custoditur, caritati victus,  
caritati sermo, caritati habitus, caritati vultus aptatur;  
hanc si quis offendit, uno die durare non sinitur.  
Sciunt hanc ita commendatam esse à Christo & A-  
postolis, ut, si hæc una absit, inania; si hæc adsit,  
plena sint omnia.



VI. Quintum est, ut fraudes diaboli in hoc mundo occurrentes bene intelligat, & prudenter evadere studeat. Pro quibus dignoscendis novemplex esse hominum genus ejusmodi fraudibus obnoxium. Primi sunt, qui natura difficili præditi, neminem ad virtutes exercendas repugnantiam sentiunt, ideoque ruinæ se proximos arbitrantur. Quibus inde sæpe illa Doctorum & SS. PP. regula: *non veniet sensus, si absit consensus*: Obijcienda est. Quibus sunt, qui, quia naturaliter sortiti sunt animam, nullam in ulla propè re difficultatem sentiunt, qui proinde monendi, ne propterea altum se aliisque despiciant, aut socordiae occasionem arripiant, sed potiùs infirmitati suæ atque fragilitati adscribunt, quòd in graves tentationes cadere non sinantur. Tertii sunt, qui altissima pace, non propter tranquillitatem, nec per naturæ bonitatem obtenta fruantur, sed quia omnia indulgent appetitui; quibus proinde id, quod senior quidam similis genij Monacho exprobandum est: *Similis es portæ, per quam quis vult, ingreditur, & egreditur absque eo, qui sciat, quid intus geratur, unde quia hostibus conspicitur, in perpetuo versantur animæ periculo, quibus tunc primùm intelligent, quando, ut avis laqueum retita, avolare voluerint.*

VII. Sextum denique est, ut bene cognoscant necessitatem hujus mortificationis, maxime reprobillarum Personarum, quæ salutem proximi curam susceperunt; hos enim multiplex ratio ad hoc officium jure meritò impellere debet. 1. Quia in malitiam nationis pravæ versantur, atque adeo majorem occasionem delinquendi exorbitandique habent.

Quia cum omnibus omnia fieri debeant, ut omnes  
 lucrifaciant, meritò magnum requiritur passionum  
 dominium, ut cum gaudentibus gaudere, & cum  
 tristibus tritari quis innoxie possit. 3. Quia, cum  
 summa inter operarios ejusmodi unio requiratur, ne-  
 cesse est, ut, non quod sibi utile est, sed quod mul-  
 tis, considerent, quærantque; id quod neutiquam  
 sine mortificationis exercitio obtineri potest. 4.  
 Quia etiam orationis exercitium ejusmodi Personis  
 apprimè necessarium est, ut manentes in Christo tan-  
 quam vite, faciant fructum multum; hoc autem si-  
 ve mortificationis studio obtineri non posse, tum ex  
 supradictis, tum ex quotidiana experientia patet.

## §. XVI.

*De Paupertate.*

I. Est omnium rerum temporalium ob amorem  
 DEI, & desiderium perfectionis, voluntaria abdicatio;  
 de qua Sequentia Ascetæ scienda sunt.

II. Primum est, ut bene nôrit discrimen inter  
 paupertatem *involuntariam*, seu non liberè assum-  
 ptam, quamvis vel casus, vel necessitas affert; &  
*voluntariam*, quæ liberè asciscitur, ultròque ac liben-  
 ter sustinetur, atque etiam oblatas divitias, & ipsos  
 auri montes quasi stercora arbitratur, & abomina-  
 tur: quæ quidem triplici ex titulo priorem longè an-  
 tecedit. 1. Quia prior, cum voluntariè non susci-  
 piatur, atque externis prematur incommodis, nul-  
 lis verò commodis recreetur, vulgo ignobilis, sordi-  
 da, odiosa, nullaque laude digna habetur; posterior  
 verò eo ipso, quòd omnia liberè & generosè con-  
 temnit,

temnit, omnibus eminent, & quæ pedibus spernit, conterit, eisdem eminento, copiosius possidet. Quia cum priore conjunctum est habendi desiderium ex quo nascitur, tum studium quærendi, tum, si suppetat, quod quæritur angor, mœror, & solitudo; à posteriore verò non modò absunt disturbance, sed ne sentitur quidem inopia, quæ amatur, & expetitur; atque adeo in ea animus in omni rerum abundantia ac copia acquiescit. Quia prior caret præsidio illo singulari, quo prior gaudet, scilicet singulari fiducia de DEI providentia, ob singularem ejus promissionem, quo summam jucunditatem oriri necesse est, nisi se summo illi Regi Regum tantæ curæ esse intellet, ejusque curæ quotidiana judicia accipit, cur non hoc dulcius, quàm omnes divitiæ, accidat?

III. Alterum est, ut bene cognoscat naturam paupertatis voluntariæ, seu *Spiritus*, ut vocantur, nempe tria ad illam capita requirantur. 1. *Assensio*, seu voluntas relinquendi, qui quidem, ut S. Augustinus rectè advertit, divitem collationem aut pauperem facit, & pretium rebus imponit. 2. *Effectus*, seu actualis relictio, quàm Christus illis verbis requirit, si vis perfectus esse, vade, vende, quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & sequere me. 3. *Intentio*, quâ ejusmodi bona propter DEI & virtutis amorem relinquuntur, nam rectè S. Basilius ait, hi sunt mendici spiritu, qui non aliam ullam ob causam ad mendicitatem deveniunt, quàm ob doctrinam Domini, qui dixit: vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Quod ipsum egregiè S. Bernardus confirmavit dicens: voluntas

voluntaria quidem paupertas omnis habet laudem apud Deum, nam & Philosophi omnia sua reliquisse leguntur, ut expediti mundialibus curis studio vanitatis possent vacare liberiùs; & nolebant censu abundare terreno; ut abundarent magis in suo. Hos discernit, quod dictum est, *in spiritu*, id est, spirituali intentione, desiderio spirituali, propter solum beneplacitum Dei, & animarum salutem.

IV. Tertium est, ut convenientem de hac virtute æstimationem concipiat, commodaque ab ea ori solita bene percipiat, quam quidem æstimationem vix faciliùs obtinebit, quàm si paupertatem ut matrem sibi imaginetur. Verè enim omnia matris officia perfectissimo modo erga Religiosum illa exaravit, & exercet. Nam 1. illa verè eum Christo & Religioni genuit, cùm propter Christi consilium, de paupertate arripienda datum, Religionem potissimum ingressus sit. 2. Verè alit illum & majori cum sollicitudine & caritate, quàm ulla mater Filium suum lactet, & nutriat. 3. Etiam honestissimè educat ut mater, uti jam olim ipsi etiam Ethnici agnoverunt, dùm paupertatem magistram morum, & consanguineam virtutum appellarunt. Hinc & Seneca dixit. Si vis vacare animo, aut pauper sis oportet, aut pauperi similis. 4. Ut mater in sinum suum nos recipit, atque ab omnibus insidijs hostium defendit, dum *meum ac tuum*, radicem omnium vitiorum, & quidquid est malorum, in orbem invehens, tollit; hinc S. Ignatius paupertatem pro firmissimo Religionis muro habendam dixit. Sed & S. Clara dicere suis est solita, tum demum suum monasterium firmum ac stabile futurum, si propugnaculis ac mænibus paupertatis

tatis

tatis quàm maximè muniatur. 5. Ut mater hanc  
 tatem Regni cœlestis procurat : quæ enim magis  
 optatior hæreditas exspectari potest , quàm  
 tuplum in hac vita , & post hanc ipsa vita  
 atqui hanc pauperibus spiritu Christus sæpius præ  
 sit ; ut adeo meritò quivis Paupertatis Amator  
 re cum S. Davide queat : Funes ( caritatis , quæ  
 Paupertas me sibi devinxit ) ceciderunt mihi in  
 claris : etenim hæreditas mea præclara est mihi  
 Ut mater , in ipsa morte fideliter assistit , & magis  
 efficacius Filios suos , quàm olim mater Machabe  
 rum , alloquitur , animatque dicens : Fili mi ,  
 re mei , quæ te novem mensibus ( imò pluribus  
 in utero portavi , & lac triennio ( & amplius )  
 & in ætatem istam perduxit . Peto Nate , ut  
 ad cælum , & ad terram , & ad omnia , quæ  
 sunt , sic fiet , ut non timeas carnificem istum  
 tem , vel Dæmones in morte tentantes ) sed  
 fratribus tuis effectus suscipe mortem , ut in illa  
 seratione cum fratribus tuis te recipiam . Ita factum  
 pertus est P. Joannes Gerardinus , qui in agone  
 Non timeo mortem , quia syngrapham habeo à C  
 sto duplici sigillo munitam , quâ cælum mihi pro  
 titur : Amen dico vobis ( quam vocolam per signum  
 intelligebat ) quòd vos , qui secuti estis me , & omnes  
 qui reliquerit domum , vel fratres , aut sorores ,  
 Patrem , aut matrem , aut uxorem , aut Filios , aut  
 gros propter nomen meum , centuplum accipiet  
 vitam æternam possidebit .

V. Quartum est , ut bene intelligat , docent  
 præcipua officia & actus paupertatis , qui quidem  
 venientissimè per officium Filij explicantur .

Ut Filius diligenter caveat, ne matrem suam ulla ratione lædat, id est, ne quidquam accipiat, det, mutet, aut alio quovis modo disponat, sine consensu patris, vel expresso Superiorum. 2. Ut Filius suam matrem suam magnopere veneretur, nec ipsam consuetudinem talem erubescat, quod fiet, si omnia superflua studiosè abiiciat, vilissima quæque eligat, & suo tempore per meditationem necessaria petere, aut alios similes paupertatis effectus experiri non horreat, aut erubescat. 3. Ut Filius magna cum fiducia in periculis & necessitatibus ad matrem suam confugiat, id est, recordatione paupertatis voluntariè susceptæ se soletur, & tentationes vel ex inordinata concupiscentia, aut inordinato timore exortas superare conetur. Certè eam esse efficacissimum medium ad ejusmodi tentationes superandas, pulchrè pius Asceta sequentibus verbis ostendit: Ad hoc conare, hoc ora, hoc desiderare, ut ab omni proprietate possis exspoliari, & nudus nudum Jesum sequi, tibi mori, & mihi æterniter vivere. Tunc deficient omnes vanæ phantasiæ, conturbationes iniquæ, & curæ superflue. Tunc etiam recedit immoderatus timor, & inordinatus homo morietur. 4. Ut Filius lac maternum, omnibus alijs alimentis præferat, id est, eo victu, aliisque rebus, quas ad quotidianas necessitates Paupertas suæ domus aut Monasterij offert, contentissimus vivat, magisque his delectetur, quàm ullus dives pretiosis suis rebus, quas possidet, quemadmodum supra dictum est, S. Franciscum fecisse, dum frustula panis mendicanti ad divitum mensas invitatus promebat, omnibusque alijs mensæ delicijs præferebat. 5. Ut Filius abjectâ omni sollicitudine totum se providen-

M

tiæ

tia cura que matris sue commendet, certop natur  
 persuadeat, melius sibi ab ipsa, quam per qua praesta  
 que suam industriam prospectum iri. Dicit pro fru  
 ad hanc matrem suam, quod pius Alceta ad animo  
 dixit: Domina mater mea, major est sollicitudum  
 pro me, quam omnis cura, quam ego gerere pefect  
 pro me. Nimis enim casualiter stat, qui ne quod  
 cit omnem suam sollicitudinem in te: dummelectio  
 luntas mea firma & recta ad te permaneat, omiffa  
 me, quidquid tibi placuerit. Non enim potest verba  
 nisi bonum, quidquid de me feceris. Hunc edives  
 finem S. Franciscus suos Filios abeuntes non alii fidelis  
 co instruxit: jacta cogitatum tuum in Domini  
 Matre paupertate) & ipse te enutriet: nam tuis am  
 quidem paupertatem habemus, sed Patrem istus:  
 dum divitem.

VI. Quartum est, ut bene noit praecipit imped  
 pedimenta Paupertatis, modumque solidum casu spiritu  
 movendi, quorum quidem tria sunt potissima non c  
 mum est metus doloris orituri ex divitiarum non c  
 matarum, stricteque nimis adhaerentium separatis  
 contra quem proinde se armet meliorum divitiarum c  
 quas paupertas promittit, recordatione ad eximend  
 primorum Christianorum, de quibus S. Paulus tantu  
 rapinam bonorum vestrorum cum gaudio soler quod  
 cognoscentes vos habere meliorem & manentem non i  
 stantiam. Meminerit item, quanto melius & mmm  
 quillius finem, quem alij per divitiarum possessio culcar  
 quaerunt, scilicet ut bene & jucunde vivant, lauda  
 contemptum divitiarum, & amorem paupertatis  
 tineat. Quam facile item eadem divitiae aut pe  
 lentiam aut fraudem hominum, aut casum inobun

certum, aut ipsam mortem adimantur; an non ergo  
 per quæ præstat nunc cum modico dolore, non tamen modi-  
 Dicat pro fructu dimittere, quod olim summo dolore, mi-  
 ceta ad nimioque emolumento dimitendum esset; Secun-  
 sollicitudinem impedimentum est timor incommodorum, &  
 gerere defectus rerum pro vita conservanda necessariorum;  
 qui non quod tamen facile removebitur, si meminerit, se per  
 dum electionem Paupertatis Deo omnem curam sui com-  
 maneat, misisse, de quo merito illa sibi Kempensis Thomæ  
 nim potest verba applicare poterit: Cùm Christum habueris,  
 Hunc dominus es, & sufficit tibi. Ipse erit provisor tuus &  
 s non alius fidelis Procurator in omnibus, ut non sit opus in ho-  
 n Dominis sperare. Certè non minùs cuius Paupertas  
 e namque amator, quàm olim Apostolis dicet idem Chri-  
 patrem istus: Quando misit vos sine sacculo & pera, & cal-  
 ceamentis, numquid aliquid defuit vobis? Tertium  
 e præcipuum impedimentum est metus confusionis, ex nuditate hac  
 dum calidum spiritualem seu paupertatis exercitio orituri; sed & hoc  
 otiosum non difficulter removebit, qui meminisse voluerit,  
 arum quantum per hanc nuditatem placeat Deo, San-  
 m separatis, & omnibus justis, ob generosum adeo divitia-  
 m divitiarum contemptum, quorum proinde iudicium & com-  
 ad exco- mendatio merito omnes calumniantium aut murmu-  
 rantium, contemptus aut irrisiones elidet. Adde,  
 . Paulus quod & ipsi, qui exterius contemnunt, non possint  
 dio susce- non interiùs approbare & æstimare tam nobilem ani-  
 manentes mum, generosè adeo hæc infima spernentem & con-  
 melius & culcaentem; imò & publicè quoque suo tempore col-  
 n posside- laudabunt.

VII. Sextum est, ut pariter bene addiscat,  
 præcipua *adjumenta* ad virtutis hujus perfectionem  
 obtinendam, quæ quidem ferè coincidunt cum iis,

M 2

quibus



quibus ad nuditatem corporalem procuranda  
 pellimur. Quinque enim casus potissimum  
 tur, in quibus homines vestimenta sua exuunt  
 adeo seipfos, aut sponte denudant, aut ab alijs  
 dantur. Primus est, quando vestes novas  
 liores vestes quis assumit; quidni ergo libentius  
 que amorem & possessionem temporalium  
 exuat, abdicetque, ut meliorem caelestium  
 amorem possessionemque pro eo accipiat?  
 dus est, quando calore solis accensi aestuant  
 quod ingenuosè antiqui per fictitium certamen  
 & Aquilonis, quo contendebant, quis eorum  
 ribus esse viribus præditus, expresserunt; cum  
 communi consensu conventum esset, ut is  
 viribus superior censeretur, qui viatori  
 transeunti pallium citius eriperet: Aquilo  
 to quidem impetu flare, furereque inciperet,  
 liud nihil efficeret, quàm ut viator pallium  
 sibi applicaret; Sol paulatim radios suos  
 in tergum ejusdem viatoris immittens haud  
 ter obtinuit, ut pallium caloris declinandi  
 abijceret, sicque eadem opera victor  
 Quanto magis ergo hæc vis multò efficacior  
 vinæ caritatis radijs in pectus hominis evibrat  
 cedenda erit. Tertius casus est, quando  
 aut dormire in lecto volunt; quis autem  
 scit, veram & unicam animi quietem, per  
 tem, & abdicationem temporalium bonorum  
 ri? Quartus casus est, quando balneum  
 lunt; quod autem balneum salubrius & optatissimum  
 mini offerri potest, quàm vulnerum &  
 Christi, hoc autem quisquis intraverit;

curando immensam liberalitatem, qua Christus ipsum etiam  
 nimum sanctissimum sanguinem suum amore nostri dimisit,  
 a exultant non plurimum excitabitur ad temporalia saltem bo-  
 ab alijs amore Christi relinquendâ. Quintus casus est,  
 novas quando quis cruci affigendus est; cum ergo religio-  
 libenter quoque amore Christi crucifixus sit, ejusque disci-  
 plinum ac imitator esse cupiat, an non vel hoc titulo  
 tium bonam se sponte denudabit, atque omnem rerum crea-  
 turarum amorem & affectum exuet, ut Christo simi-  
 lior efficiatur?

VIII. Ut bene nôrit obligationes, quas contra  
 eorum sit quis ratione voti paupertatis, quales quidem se-  
 unt; consequentes numerantur à Rodriquez & alijs. 1. Ut  
 ut is nullam rem temporalem possideat, aut de ea ullo mo-  
 tori modo disponat. 2. Ut neque ab externis, puta paren-  
 tibus, vel Amicis, quidquam, Superiore inconsulto,  
 acciperet, accipere, aut disponere possit. 3. Ut de Viatico  
 alium in accepto nihil pro se, aut alijs emat. 4. Ut, si quid  
 os, suar vestium aut similium rerum offeratur, in commune  
 haud divestiarium inferri curet, nisi Superior aliter disponat.  
 5. Ut, si quod depositum apud Superiorem pro certo  
 declarato habeat, nihil pro se aut alio in alios usus accipiat.  
 6. Ut nihil commodet, aut mutuet sine facultate. 7.  
 Ut sine Superioris consensu nullum ullius externi de-  
 posito servet. 8. Ut nihil secum auferat, si alio  
 is aures migrat Superiore non consentiente. 9. Ut nihil in-  
 res superfluas, vanas, illicitas, etiam cum consensu  
 Superioris erogat. 10. Ut nihil absconditum ha-  
 beat. 11. Ut ea, quæ ipsius dispositioni commissa  
 sunt, non suo, sed Superioris arbitrio nutuque distri-  
 buat. 12. Ut res sibi ad usum vel dispositionem con-  
 cessas diligenter custodiat, nec sua culpa quidquam

interire sinat. 13. Ut in morbo extraordinario  
dicinas aut refocillationes non expetat, vel acci-

IX. Octava est, ut dubia quædam hæc  
teria occurrentia, rectè solvere queat. Quorū  
num est, an tacitus Superioris consensus sufficiat  
quid dandum, vel accipiendum? ad quod dubium  
spondebit, sufficere quidem illum ex communium  
logorum sententia; sed rectiùs facturum Religiosum  
si quàm rarissimè potest eo utatur, sed potius tamen  
pter exercitium humilitatis, tum propter alias  
rationes, expressum consensum petere assueverit.  
cundum dubium est, quando tacitus consensus  
teriorum præsumi possit? ad quod dubium respon-  
debit cum Ferdinando de Castro Palao & alijs.  
tia signa tacitæ licentiæ à probatis Theologis.  
1. Si Superior det licentiam peregrinandi, nec  
beat aliquid recipere, & recepta expendere, hæc  
censetur dare facultatem tacitam accipiendi, & ex-  
dendi ea, quæ in itinere dantur. 2. Si consuetudo  
liqua introducta sit, quam Superior conscius non  
lit; aut si ipse Superior videat acceptionem vel  
nem, & non contradicat, cum facillè possit. 3. Si  
terior sit vir valde dulcis, & non rigidus, aut  
Aut si subditus sit Superiori valde dilectus, vel  
gnæ Authoritatis, aut si res, quæ accipiuntur, sunt  
vioris momenti, aut si dispensatio alicujus rei seu  
tia in bonum monasterij notabile cedat. Tertium  
bium est, an Religiosus contra perfectionem pro-  
tatis faciat, si munuscula sacra eo nomine titulore-  
neat, ut vel bene meritos præmiare, vel aliorum vel  
tem adjungere, vel devotionem in alijs promovere  
queat? ad quod dubium respondebit cum P. Alphonso

ordinari, id omnino etiam dissuaderi à S. Bona-  
ventura, tum quia cor hominis variè afficiunt, & dis-  
trahunt: tum quia materiam sermonum præbent: tum  
quia facillè sine licentia accipiuntur, & dantur, atque  
ideo scrupulos generant: tum quia privatas amicitias &  
familiaritates nutriunt: nihilominus tamen si interdum  
ob ministeria, quibus quis fungitur, iisdem opus ha-  
beat, posse cum Superiorum præscitu retineri, modò  
nec nimia, nec pretiosa sint. Quartum dubium est,  
an licitum sit, à Parentibus vel Amicis stipem aut eleë-  
mosynam petere pro Breviario vel veste parandâ aut  
emendâ? ad quod dubium respondebit, hæc in re  
attendendam esse Religionis, cui quis adscriptus est,  
consuetudinem; si enim in ea id passim fiat, nec Su-  
periores scientes contradicant, uti in Societate Jesu &  
alijs quibusdam Ordinibus contingit. Quintum du-  
bium est, an liceat ab alio pecuniam vel simile quid ac-  
cipere, quod vel in pauperes ipsius nomine distribuat,  
vel satisfactionis nomine restituat? ad quod dubium  
respondebit; si ita detur talis pecunia, ut certæ per-  
sonæ detur, non peccaturum quem contra votum pau-  
pertatis, quia nihil distribuit proprio arbitrio; si verò  
ita accipiat, ut liberum ei sit, his vel illis dare, tum om-  
nino contra votum facturum, si accipiat sine faculta-  
te, cum neque proprietas, nec usus ullius rei indepen-  
dens à Superiore, cuiquam paupertatis voto obstricto  
conveniat. Et præterea gravia ex tali distributione  
ineommoda oriri soleant. Sextum dubium est, an  
contra votum paupertatis peccet, qui, Superiore in-  
scio, pecuniam aliâve stipem in gratiam & subsidium  
alieujs propinqui aut alterius hominis rogat offerri?  
ad quod dubium respondebit cum eodem Rodri-  
quez,

quez, si ipse quoque accipiat eam stipem, & illi minus fiat; & amico porrigat, omnino eum re, secus si non accipiat, sed tantum roget, in ipsius gratiam, talem ei pecuniam vel stipem rat. Rectè tamen monet idem Rodriquez, nec contemnenda incommoda ferè ejusmodi penam comitari, & plerumque subesse aliquid ali, ne si alieno nomine distribuamus, potius offeramus.

## §. XVII.

*De Castitate.*

I. Est virtus, quã ab impuris carnis voluptatibus abstinemus; de qua Alceta noverit, continentia perpetua duo genera Personarum spectari.

II. Primum est eorum, qui nunquam fuerunt ullam voluptatem carnalem, & etiam perquam vitam nunquam experiri statuerunt; huiusmodi status propriè Virginitas appellatur. Secundum eorum, qui post amissam (sive cum, sive sine) virginitatem, statuerunt castitatem deinceps perpetuò servare; & hic status propriè Cœlibatus dicitur.

III. Bene apprehendat commoda, & gratias, quas status Continentia præ statu Matrimonii habet, & offert, quæ quidem ad quatuor ferè referri possunt, à S. Apostolo Paulo 1. Cor. 7. indicatarum prima est quies, & tranquillitas in puro amore, & rebus omnibus, & ejus obsequium constantibus; nam ut Apostolus ait, qui sine uxore

sollicitus est, quæ Domini sunt, quomodo placeat DEO. Secunda est, quòd ad altiores sanctitatis gradus hominem extollat; nam eodem Apostolo teste, Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ Domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu; qui quidè m fructus, quanti faciendus sit, pulchrè S. Hieronymus his verbis indicat: *Non existimes parvam esse virginis amplitudinem, & excellentiam, quòd dicatur de illa, quòd cogitet, quæ DEI sunt, ut sit sancta corpore & spiritu, nam etsi nullam etiam mercedem haberet, sufficeret ei hac sola prelatio, cogitare, quæ Domini sunt. Hujus fructus est sanctitas carnis & spiritus. Nam virginitas illa est hostia valde grata Christo, cum neque cogitatio spiritum, neque luxuria carnem inficit, aut maculat.* Tertia est, quòd conferat facultatem sine impedimento Dominum obsecrandi; cum enim elevet animam ad sponsæ DEI dignitatem, hoc ipso aperit ei portam, quancumque voluerit cum Sponso suo suaviùs conversandi, & tantò faciliùs gratiam impetrandi, quantò magis ea necessaria est ad castitatem promissam servandam. Quarta est, quòd singularem claritatem & dignitatem afferat animæ, juxta illud Sapientis: *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate; immortalis est enim memoria illius, quoniam & apud DEUM nota est, & apud homines.* Id quod supra clariùs indicavit dicens: *Felix Spado, qui non cogitavit adversus DEUM nequissima; dabitur enim illi fidei donum electum, & fors in templo DEI acceptissima.*

IV. Pariter bene apprehendere studeat incommoda, quæ secum videtur status continentia afferre, & propter quæ aliqui ipsam tantopere horrent; ea au-

tem sunt tria potissimum. Primum est Solitudo, quod societate viri aut uxoris careat, qui auxilio subsidio sint in adversis. Secundum est Sterilitas seu prolium carentia. Tertium est Familiae, & Cognationis, quod in terra habere poterant, interitus, & destitutio, qua quæ impedimenta inprimis universim obijceret Christus illud Elcanæ dictum ad Annam uxorem suam, cur fles? & quamobrem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quam decem filii? Deinde verò in mentem revocanda est illa Dei promissio per Isaiam facta Eunucho: *Ne dicat Eunuclus: Ego sum lignum aridum, quia hæc dicit Dominus Eunucho, qui custodierint Sabbata mea, & elegerint, quæ ego vobis præscripsi, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à Filijs, & nomen meum: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Multò minùs verò timendus est ipsius mundi interitus, ob continentiam: nam cum ea sit liliam inter spinas, liliam super capitella columnarum templi, quibus 3. Reg. 22. dicitur: *pauci sunt, qui spiritum horrent; aut, qui animum habent ad conscendendum, ut ejus pulchritudine fruantur, uti fusiùs videre est apud Platum.*

V. Ante omnia diligenter perpendat, quod dicitur, sicut teste S. Gregorio, sunt duo genera luxuriae, altera carnis, quæ castitatem corrumpit: altera cordis, quæ ipsamet castitate gloriatur, ita duplicè quoque suo modo castitatem, carnis scilicet, & cordis, assignari posse debere. Hinc sapienter advertit S. Augustinus per similitudinem pugnam eorum, qui desiderant continentiam esse debere contra Dæmonis suggestiones, & tentationes.

gantis ad multum sibi ipsis tribuendum, & fidendum. Unde per medicinalem providentiam DEI S. David paululum desertus est à Rectore, ut per exitialem superbiam desereret ipse Rectorem, agnoscens ex lapsu suo, se non posse solùm servare sanctitatem, quam habebat. Ex quo rectè infert Cassianus apertum indicium esse proximè obtinendi donum castitatis, non sperare illud ex sola sua industriâ; & singularem esse de luxuria victoriam, non fidere proprijs viribus ad eam vincendam, sed eam à divina misericordia sperare, & recurrere continuis suis orationibus ad Dominum, qui potest illam dare. Et quamvis hæc fides videatur facilis, est tamen, ut bene observat S. Gregorius, satis difficile homini, non credere esse à se, quod videt, & experitur in se. Porro consistit hæc humilitas in tribus potissimum capitibus. Primò, ut summo secreto quis sibi soli ita servet castitatem, ut nullo verbo, quod vanitatem aliquam, aut jactantiam sapiat, aut inane desiderium ostendat, quòd propterea in honore esse velit, illam prodat. Secundò, ne quis inaniter gloriatur de excellentia, & perfectione sui statûs, aliòsque, qui minùs perfectum habent statum, contemnat. Tertio, ut semper vivat in timore, suæ infirmitatis memor, quòd Eva, cùm esset virgo, fuerit decepta à serpente.

VI. Bene etiam intelligat, quem fructum afferat votum, si castitati jungatur, quòd scilicet castitas voto firmata, sit similis velleri Gedeonis, à carne ovis separato; cùm castitas sine voto, sit similis velleri, quòd adhuc carni adhæret, adeòque rore benedictionis cælestis non perinde, ut illa, implebitur.

VII.



VII. Advertat, etſi, ut ante n. 4. dictum  
 magna ſemper de viribus proprijs diffidentia ſit  
 capienda, ſedulò tamen cavendum eſſe, ne per  
 fiducia in divinæ gratiæ auxilio minuatur, ideoque  
 ſignis illa DEI promiſſio apud Iſaiam facta ſemper  
 oculos habenda erit: Hæc dicit Dominus creator  
 Jacob, & formans te Iſraël: Noli timere, quod  
 dedi te, & vocavi te nomine tuo (id eſt ſpeciali  
 legi) meus es tu (multis quidem, ſed præcipue  
 ſponſationis titulo) cùm tranſieris per aquas, non  
 eris, & flumina non operient te. Cùm ambulaveris  
 in igne, non combureris, & flamma non accendetur  
 in te, quia ego Dominus DEUS tuus, ſanctus  
 Salvator tuus.

VIII. Bene etiam notandum ex Caſſiano,  
 ginitatem duos habere gradus; alterum imperfectum  
 & proprium Tyronum, & pugnantium, quem  
 ſtoteles propriè Continentiam vocavit, eò quod  
 propriè ſe continèant, & paſſionum impetum reſi-  
 ſtunt, qui gradus adumbratus eſt in tribus pueris  
 fornacem Babyloniam conjeſtis, qui ſaltem quædam  
 vincula patiebantur effectu n. combustionis. Alter  
 perfectum, proprium hominum jam conſummatorum,  
 & quaſi triumphum agentium, qui pugna  
 lutâ magnâ pace fruuntur, & hæc puritas angelorum  
 vocatur, quæ figurata eſt, per rubum à Moyſe  
 quæ ardebat, nec conſumebatur. Exod. 3. 7.  
 Neque propterea, quòd difficultate careat, imper-  
 etior eſt priorè, quia ut bene S. Thomas docet,  
 ſemper eſt meliùs, quod difficiliùs eſt, nec ſempiternum  
 minùs bonum, quod ſuaviùs eſt, ac faciliùs; ſed  
 ſpicienda eſt origo & cauſa facilitatis, quæ ſi ſit  
 rurali

turalis, minuit meritum; si autem spiritualis, & laude digna promovet meritum; neque enim par est, ferventem suo fervore sibi impedimentum perfectioris meriti, & præmij causare.

## §. XVIII.

*De Humilitate.*

I. Est juxta S. Thomam, laudabilis sui ad ima dejectio, de qua sequentia sunt scienda Ascetæ, nempe 1. ut Naturam illius bene cognoscat. 2. Proprietates. 3. Effectus & utilitates, quas parit. 4. Ut sciat dubijs quibusdam occurrere, quæ circa fundamenta & praxin humilitatis occurrere, & nonnunquam ab in-exercitatis hæc in arte Discipulis moveri solent. Quæ proinde omnia nunc breviter in hoc paragrafo explicanda sunt.

II. Primum ergo quod attinet, semper ob oculos habeat S. Thomæ definitionem, quâ dixit, humilitatem esse *laudabilem sui ad ima dejectionem*; hæc enim definitio, ut mox infra dicitur, præ reliquis accommodata est ad naturam humilitatis explicandam. Ex qua colligitur, si propriè officium illius explicare velimus, duplex id esse, scilicet, ut quis non se extollat, aut extolli cupiat ultra meritum; & ut se deprimat, & deprimi cupiat infra meritum. Ad hæc enim duo officia omnes gradus, quos alij operosè excogitarunt, revocari possunt. Et ad priorem quidem pertinet, ut nihil sibi aut meritis suis adscribat, atque adeò neque laudari, neque honorari, aut præferri alijs (saltem majoribus, vel æqualibus) affectet, sed potiùs se indignum DEI donis & ad omnia inutili-

lem

lem reputet. Ad posteriorem spectat, ut *indig-*  
 etiam minoribus se postponat, atque adeo *terior-*  
 modo (id est, cogitatione, verbo, & opere) *quia*  
 seipsum, & ab alijs etiam tractari *optet, quare* face  
*deat*, in quo triplici gradu summa humilitatis *ut hu-*  
 ctio consistit. Viliter autem seu contemptu *collig-*  
*cogitatione* tractatur, si vel ipse, vel alij vilem *ipsa q-*  
 aestimationem habeant, ac temeraria iudicia, *Ter-*  
 que suspensiones de ipso concipiant. *Verbo* *sciatur*  
 ptibiliter tractatur, si vituperetur, reprehendatur *mine*  
 vitij aut contumelij appetatur, vitijque ipsius *re qu-*  
 ta manifestentur. *Opere* denique contemptu *nim i-*  
 tractatur, si in vilissimis officijs & functionibus *mode-*  
 cupetur, inferiori loco in congressu collocetur, *ra reg-*  
 simisque cibus, aut vestibibus pascatur, aut vestibus *decer-*  
 III. Secundum caput, nempe proprietatem *gere r-*  
 attinet, sequentes communiter assignantur. *rius,*  
 est, ut sit *voluntaria*, seu *spontanea*; nam, ut *terius,*  
 S. Bernardus advertit, *sola gratiam, quam praeser-*  
*retur laesa & absoluta humilitas*. Quae enim *se eff-*  
 & extorta fuerit propter tristitiam, gratiam non *in au-*  
 bet. Et alibi: *alij cum rancore humiliantur, al-*  
*tienter, alij & libenter primi rei sunt, sequentes im-*  
*ultimi just*. Secunda, proprietatem est, ut sit *fr-*  
*Est enim*, inquit S. Ambrosius, *qui nequiter se hu-*  
*liat, & interiora ejus plena sunt doli: & est, qui*  
*miu[m] se submittit ab humilitate multa*. Non est *in v-*  
*humilitas nisi sine fuce, sine fraude*. Ipsa est *stant*  
*habet piam mentis sinceritatem, magna est virtus*  
 Gravius explicans hanc proprietatem S. Bernardus *majo-*  
 appetere, inquit, *de humilitate laudem humili-*  
 est *virtus, sed subversio: quid enim perversum, quod*  
*indignu[m]*

indignius, ut inde videri velis melior, unde videris de-  
terior? Scitè quidam hanc humilitatem *hamatam* vocat,  
quia, dum per humilia dicta laudis minoris jacturam  
facere videtur, aliam majorem piscari conatur, scilicet  
ut humilis prædicetur. Ex quo S. Bernardus rectè  
colligit, gloriosam rem esse humilitatem, utpote quâ  
ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat.  
Tertia, proprietates est, ut sit *circumspecta*: id est, ut  
sciatur, quo in loco, & officio, quo fine ac modera-  
mine quis humiliare se debeat, ut cum Apostolo dice-  
re queat: *Scio humiliari, scio & abundare*. Solerter e-  
nim intuendum est, inquit S. Gregorius, ne, dum im-  
moderatiùs custoditur virtus humilitatis, solvantur ju-  
ra regiminis. Et dum Prælati quisque plùs se, quàm  
debet, deicit, Subditorum vitam sub disciplina distrin-  
gere vinculo non possit. Teneant ergo Rectores exte-  
riùs, quod pro aliorum utilitate suscipiunt; servent in-  
teriùs, quod de sua estimatione pertimescunt. Sed ta-  
men quibusdam signis decenter erumpentibus, eos apud  
se esse humiles, etiam subiecti deprehendant, quatenus  
in auctoritate earum, & quod formidant, videant; &  
de humilitate, quod imitentur, agnoscant. Quarta est,  
ut constans sit, sibi que semper similis: quam proprie-  
tatem S. Ambrosius requisivit, dum dixit: *Hæc virtus  
vera humilitas est, quæ inter quoslibet meritorum gra-  
dus nunquam sui potest esse dissimilis. Nam & in offi-  
ciorum vicissitudine, & in mansuetudinis lenitate, &  
in voluntaria paupertatis electione invenitur multa di-  
stantia, & alter altero in propositi sui devotione aut  
major, aut minor est.*

IV. Tertium caput, scilicet effectus quod at-  
tinet, etsi illi innumeri sint, passim à SS. Patribus,  
&

& Magistris spiritualibus commemorati atque enullu  
 dicati, Ascetæ tamen meritò præ omnibus esse profu  
 quòd humilitas sit efficacissimum medium ad vo  
 cem finem, quem perfectus Religiosus, & scilicet  
 mè, qui etiam alienæ salutis curam suscepit, parac  
 situm habet, scilicet gloriam divinam, perfectæ pa  
 propriam, & alienam assequendam. Nam tentâ p  
 dem quòd ad gloriam divinam augendam placere  
 conducat, ex ijs, quæ suprâ §. 8. n. 3. dicta humilita  
 tis patet, ubi ostensum est, per humilitatem inquam  
 homo præstantissimum & carissimum habet, verbor  
 offerri, ideòque Martyrio non immeritò congrua  
 Ut adeò rectè dixerit Ecclesiasticus; *Quanto* m  
*es, humilia te in omnibus, & coram DEO* mltas, v  
*gratiam, quoniam magna potentia DEI solius, qui &*  
*humilibus honoratur.* utpote qui hoc ipso, dum ad gen  
 hil esse, scire, & posse verbo & facto protelt ad eur  
 clarissimam supremæ DEI excellentiæ confessio, qu  
 faciunt, ob quam causam meritò S. David Samarum  
 cium DEO gratissimum esse dixi cor contritum quos q  
 miliatum. Quòd verò 2. etiam ad perfectionem quidni  
 priam assequendam efficacissimum sit instrumētio  
 humilitas, vel ex ipsa perfectionis natura colligem fi  
 cùm enim hæc in conjunctione perfecta cum dicitur  
 per caritatem facienda consistat, facile patet dabo:  
 posse meliùs & citiùs ad hunc finem perveniri, exemp  
 per humilitatem, uti breviter & sapienter indicat quam  
 Ambrosius, dum dixit: *Quisquis cupit Divinitate* contre  
*nere fastigium, humilitatis ima sectatur.* Hinc dicitur  
 S. Birgittæ revelavit, humilitatem esse scalam, pari so  
 quam ad cor DEI ascenditur; id quod Frater Ludard ard  
 man ex Dominicana familia expertus est, ut quædam m

i atque nullum sibi congruum locum reperire posset, nisi in  
 us esse profundo inferno, sub ipsomet Lucifero, hanc à cæ-  
 lium ad hunc vocem accepit: Citò huc ascende ad thronum al-  
 is, & usissimum cor DEI. Ut adeò meritò dixerit S. Cli-  
 cepit, pnicus; *Quoties aliquem vel videris, vel audieris, in-*  
*perfectura paucos annos altissimam tranquillitatem (qua ob-*  
*Nam menta perfectione obtinetur) acquisivisse, noli hunc existi-*  
*lam plerumque aliam, quam hanc beatam celeremque viam hu-*  
*dicta humilitatis pedibus ambulasse. Humilitas sanè est tan-*  
*ratem id quam terra, inquit Basilus, ex qua crescit & nutritur*  
*habet, arbor caritatis, producens flores virtutum, & fructus*  
*itò congrua in anima. Quòd denique 3. etiam ad perfe-*  
*Quanto* actionem & salutem alienam maximè conducat humi-  
 DEO itas, vel ex ipso Christi exemplo satis colligitur, ut  
 solius, qui & ipse humilitate potissimùm velut instrumento  
 so, dum ad generis humani salutem procurandam usus est, &  
 protelud eundem finem etiam vilissima quæque instrumen-  
 confessa, qualia erant rudes Piscatores, elegit. Et quid  
 David Samirum? si enim etiam Domini hujus mundi fidelissi-  
 tritura quosque servos pro arduis suis negotijs eligunt,  
 ctionem quidni idem DEUS pro salute hominum velut ne-  
 istrum negotio omnium negotiorum maximo faciat? Quis au-  
 ra colligem fidelior est servus, quam humilis, ut qui sciens  
 ca cum dictum sibi esse à DEO, gloriam meam alteri non  
 è pater dabo: Studiosè eam contingere veretur, & in hoc  
 veniri exemplum fidelis servi Josephi, uxorem Domini sui,  
 r indicat quam solam Domino suo reservatam esse noverat,  
 Divinitus contrectare nolentis imitatur. Hinc meritò S. Igna-  
 Hinc Deus suos Operarios in vineam Domini mittens hor-  
 scalam, tari solebat, ut humilitate & contemptu sui viam sibi  
 Frater Urd ardua munirent. Quæ omnia hæcenus enume-  
 ur qui rata motiva, brevi sententiâ complexa est B. Angela  
 N  
 de

de Fulgino, dum dixit : *Quantò anima magis humiliatur, & depauperata, & humiliata est interior, & magis aptatur, & purificatur, ut allevetur, nulla anima potest aliter ac plus elevari, nisi humiliatur, & profundius in humilitate, & radicatur. Itaque semper in mente habet verissimam simul & utilissimam pietatis sententiam : Merita non sunt ex hoc aestimanda, plures visiones aut revelationes habeat, vel per scripturas, aut in altiori ponatur gradu ; sed fuerit humilitate ac caritate repletus : si deum pure & integrè semper quærat : si seipsum putet, & in veritate despiciat, & ab aliis etiam ei & humiliari magis gaudeat, quàm honorari.*

V. Quartum denique caput, scilicet *de humilitate* quod attinet, ea per sequentes quæstiones dicentur. Itaque

Q. I. *Qua ratione quis brevi compendè plecti, facileque memoria mandare possit totam humilitatis doctrinam ? Resp. Si memorabilem sententiam animo firmiter impresserit, qui in Christis scribens dixit : Hoc sentite in vobis in Christo IESU, qui, cum in forma DEI rapinam arbitratus est, esse se equalem DEO, metipsum exinanivit formam servi accipiens, iudicium hominum factus, & habitu inventum in mundo. Humiliavit semetipsum factus obediens mortens. Hanc enim sententiã breviter & comprehenditur, quidquid ad humilitatis doctrinam praxin requiri posse videtur. Et I. quidem verba : formam servi accipiens : proponitur quam in humilitatis studio sequi quisque debet.*

scilicet tanquam *servum* seu *mancipium* se tractet, & ab alijs tractari velit; atque adeò sicut servus totus est juris alieni, nihilque proprium possidet, aut sibi describit: vilissima quæque domûs officia suscipere debet: vilissimo etiam cibo, habitatione, vestibus &c. contentus esse cogitur: nullo honore aut honorifica compellatione afficitur: ad omnia inutilis reputatur, nihilque sibi lucrari potest: ita hæc omnia suo modo verus humili præstare, & in hoc Christum imitari studeat. 2. Per illa verba: *hoc sentite* &c. proponitur efficacissimum motivum ad humilitatis exercitium, scilicet Christi exemplum. 3. Per illa verba: *in similitudinem hominum factus*: indicatur potissimum medium ad humilitatem acquirendam, contemptusque eorum gaudio tolerandos; nam si non sentit sua vulnera miles, quando Ducis vulnera intuetur, quomodo contemptum sui ægreferet, qui Christi opprobria animo voluit? hinc rectè S. Leo: *Christi humilitas nulli aspernanda divitum, nulli est erubescenda nobilium, nec enim in tantum provehi potest qualibet felicitas humana fastigium, ut astimet sibi pudendum, quod Deus in forma servi non est arbitratus indignum.*

Q. 2. *Quomodo quis cum veritate se omnium inimicum, & maximum peccatorem reputare possit?* Resp. Variè hoc explicari ab Ascetis, nempe ut vel quis cogitet, posse esse aliquid occultum, quo alius nos superet (quem modum S. Augustinus tradit) vel ut propter dona, quæ alius actu possidet, & ipsi desunt, alium anteponat (quo modo S. Gregorius hanc difficultatem explicat) vel ut persuadeat sibi, quem vis sceleratum hominem multò majorem gratitudinem DEO exhibiturum, fideliusque serviturum fuisse, si tantâ eum mi-



fericordiâ fuisset profecutus (quem modum S. P. ciscus insinuavit, & P. Jacobus Alvarez conveni- rem cæteris putat) vel ut sua peccata confertur DEI donis, quæ sunt in altero (uti S. Thomas & S. felmus fecerunt) vel ut cogitet, alia esse judicia & hominum, ideóque illud S. Pauli dicat, nihil conscius sum, sed non in hoc justificatus sum; nescit homo, an amore, an odio dignus sit (& hinc S. Bernardo aptior est visus) vel ut propter Scrituræ Sacræ autoritatem, servum se inutilem, atque alijs longè minorem judicet, non multùm disceptat quomodo cum veritate id dicere possit, quoque Lancizius hanc quæstionem solvi posse existimat.

Q. 3. *Quomodo præticè locus ultimus iustissimi monitum ambiri possit, & debeat?* Resp. Si quæque in omnibus rebus naturalibus, & quotidianum usum venientibus quæramus & eligamus aut certè ubi actu habere non possumus, concupiscerè appetamus & quæramus; nam, ut sapientissimus thor operis imperfecti dixit: Non tantùm DEUS, ubi corpus hominis jaceat, sed in quo mens conscientiæ sit collocata. Ergo quòd iustissimus in ultimo loco recumbere, non solum sic in corpore in novissimo jaceamus (hoc enim, ut Concionator non nemo advertit, interdum, cum licet quis longo intervallo alios antecedit, sine conscientia & affectatæ modestiæ suspitione fieri non test) sed etiam animo, ut nos novissimos judicemus nam sine causa loco se humiliat, qui corde se fert.

Q. 4. *An & quomodo se compariantur, esse bonam, & bonam apud homines opinionem florere velle?*

SS. Patres, si dictam opinionem non nisi propter majorem DEI gloriam, proximique salutem magis procurandam appetamus; nam, ut præclare S. Gregorius dixit; *nonnunquam etiam sancti Viri de sua opinione gaudent, sed cum per hanc ad meliora perficere audientes pensant: nec jam de opinione sua, sed de proximorum gaudent utilitate; quia aliud est favores querere, & aliud de profectibus exultare.* Sic S. Paulus Corinthijs ingentes gratias à DEO sibi concessas enumeravit. Sic S. Franciscus Xaverius citra omnem notam & notam insigni pompa cum Bungi Rege primum congressus est. Memorabile quoque est, quod de altero S. Francisco, Seraphico scilicet, circa hanc materiam scribitur. Ingrediens aliquando vicum ob magnam omnium, quæ de ipso erat, Sanctimonie opinionem, eximio honore & pompâ excipitur. Pars incolarum Sancti habitum, pars manus, pars pedes osculari, ipso penitus nihil reluctante. Omnino ergo suo Comiti Vir Sanctus tali honore nonnihil titillari visus; quam etiam suspicionem tandem aperuit, cui Franciscus, noveris, inquit, Frater, hos longè minùs, quàm deceret, facere. Cùmque alter hoc responso sinistrè accepto, magis offenderetur, rursus dixit Sanctus: Omnem honorem, quem isti exhibent, mihi, non mihi adscribo, sed in DEUM refundo. Ac me quidem sic interim permanente in vilitate mea illi impensè ditescunt, dum DEUM in sua creatura cognoscunt, & venerantur.

Q. 5. *Quomodo magnanimitati ad ardua & magna opera faciendi inclinanti locus sit, si quis per humilitatem ad omnia inutilem se fateri debeat?* Resp. S. Thomas, usque adeò hæc duo sibi non repugnare, ut

N 3

potius

potius cum veritate dici queat, neminem alium  
humilem, magna opera tentaturum & facturum  
qui, quanto plus diffidit sibi, tanto magis DEO  
tantum per nos operari solito, quantum nostram  
fiducia se extenderit. Hinc S. Apostolus ab  
illis omnibus laborasse se dicit, sed mox addit  
ego, sed gratia DEI mecum. Sed & Isaias, cui  
filius sagaciter advertit, non dixit ad DEUM:  
ego ibo: sed *Ecce ego; mitte me.* quasi dicat  
quidem me imparem esse huic legationi, sed tu  
re potes indignitatem. Hinc Jeremias auditus  
Noli dicere, puer sum, quoniam ad omnia, quae  
tam te, ibis, & universa, quaecunque mandaverint  
loqueris. Ne timeas a facie eorum, quia ego  
sum.

Q. 6. *Quomodo debeat & possit quis omnem  
cessum operum DEO adscribere, cum tamen in  
restate sit hoc vel illud opus laudabile perficere?*  
Ad hoc DEUM ipsum per Oseam jam olim re-  
disse, dum dixit: Perditio tua Israël, in me  
modo auxilium tuum. Sicut ergo palme proprie-  
tate quidem uvas & vinum producit, quia tamen  
ipsam virtutem a vite accepit, non ipsi, sed vi-  
tibus adscribitur; ita pariter cum non simus suffi-  
cientes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nos  
DEO sit, qui operatur in nobis & velle, & pro  
pro bona voluntate, merito illi quoque omnis  
gloria ex nostris operibus exoriens attribuitur.

Q. 7. *Cur humiles praeter ceteris donorum & operum  
capaces existant?* Resp. Stapletonus id ob tres  
fieri. 1. Quia cum nihil habere & posse se putant  
ad DEUM fiducialiter confugiunt, & ardentius

petunt, & ideo etiam juxta promissum Servatoris accipiunt. 2. Quia, cum se tam longè esse à perfectione æstiment, valde esuriunt & sitiunt justitiam, atque adeò saturari merentur. 3. Quia cum se totos evacuent, à DEO, qui perinde ut natura vacuum non patitur, impleri merentur; juxta illud Scripturæ: dilata os tuum, & ego implebo illud. Quas tres causas Christus indicasse videtur, dum dixit: Petite, & accipietis: quærite, & invenietis: pulsate, & aperietur vobis: quæ omnia humilis præstat. Nam petit se incurvando: quærit, quia vacuum se videt: pulsat desiderando, quod deesse sibi advertit.

## §. XIX.

*De Abstinentia.*

I. Est Virtus, quâ voluptatem in usu ciborum firam refrenamus, & debitum modum in eorum sumptione constituimus; de qua sequentia Ascetæ scienda.

II. Primò sibi certò persuadeat, nunquam se in perfectione insignem aliquem profectum facturum, nisi in abstinentia prius excellere studeat, uti S. Climacus rectè advertit, dum dixit: *Nunquam à Pharaone liberaberis, neque supremum Pascha celebrabis, nisi amaritudines comederis; amaritudines sunt jejunij violentia & afflictio, azyma verò sensus minimè inflatus.*

III. Pari modo sibi persuadeat, non esse adeò facile, ad perfectionem hujus virtutis pervenire, sicut primo aspectu apparet; nam, ut bene S. Gregorius notat, *sic plerumque voluptas sub necessitate se palliat, ut vix eam perfectus quisque discernat. Nam dum solvi debitum necessitas petit; voluptas expleri desiderium*

suggerit, & tantò gula securiùs in preceptis vult, & sub honesto nomine necessitatis explenda se contigit. S. Augustinus confessus est dicens: *Et quis est mine, qui non rapiatur aliquantum extra metatatis? quisquis ille est, magnus profectò est, meret nomen tuum; ego autem non sum, quia bonitator sum.*

IV. Non tantùm efficax, sed etiam necessarium pro hac virtute obrinenda medium credat, oratio esse; nam, teste S. Bernardo, oratio virtutem tractat jejunandi, & jejunium meretur gratiam orationis. Jejunium orationem roborat, oratio sanctificationem. Hinc S. Augustinus iterum de se faceret *tentationibus quotidie conor resistere, & invoco deum tuam ad salutem meam, & ad te refero estus meum, consilium mihi de hac re nondum stat; nemo enim potest esse continens, nisi tu des.*

V. Quia verò DEUS etiam cooperationem nostram requirit. ideo magnificat, & speciali cura curat. vet Asceta Regulas pro temperando victu à S. Agostino Lojola traditas, quæ ferè in sequentibus consistunt. Quòd à pane minùs sit abstinendum, quàm à rebus alimentis, eò quòd is nec gulam adeò irridet, nec abstinenti adeò obnoxium hominem reddat. 2. Quòd circa potum magis sit abstinencia servanda, quàm circa cibum, eò quòd gravior excessus in illo, quàm in cibo committi possit. 3. Quòd circa edulia & pulcherrima potissimùm abstinencia servari debeat, utpote peccandi & appetitui ad peccandum, & Diabolo ad tentandum major occasio subministratur; unde gemina abstinentia adhibenda, ut scilicet vel grossioribus cibis abstineat, vel parcè delicatis utatur. 4. Quòd ad m

juram justam cibi ac potûs inveniendam, paulatim sibi aliquid detrahare debeat, quousque deprehendat, quantum sufficit, ut functiones suas ordinarias commodè obire possit. 5. Quòd inter comestionem expediat, vel Christum cum Discipulis comedentem imaginari, vel alijs pijs cogitationibus animum, suaviter tamen & absque violentia occupare, ut hac ratione occupatus abstrahatur à suavitate ciborum percipienda, minùsque super illos affectus effundatur. 6. Quòd ad intemperantiam cavendam non parùm conducatur, si antè, quàm cibus vel potus sumatur, ac nulla esuries sentitur, determinetur, quantum quis sumere velit, & ab hac mensura nec à propria aviditate, nec ab instigatione Inimici abduci se permittat. 7. Quòd præcipuè cavendum fit, ne super sumendos cibos animus quasi totus effundatur; aut cum nimia aviditate & festinatione comedatur.

## §. XX.

*De Modestia.*

I. Est virtus, quæ externa Hominis membra & actiones juxta Status cujusque decentiam moderatur; de qua sequentia Ascetæ noranda.

II. Primum est, ut convenientem de illa æstimationem concipiat, eumque in finem perpetuò distinctione sequens in mente ac memoria habeat:

Multùm est doctrinâ, virtute excellere multùm:

Majus opus, mores composuisse suos.

Cùm enim ad hoc requiratur, ut in omnibus nostris verbis & actibus nihil reperiatur, quod cujusquam offendat aspectum, quemadmodum S. Augustinus monet, &

N 5

hanc

hanc ipsam morum decentiam atque integritatem  
fectio sanctitati (quæ in caritate divina præcipue  
sistit) superaddat, facile apparet, uti difficillimè  
rarissimum opus est vir undequaque perfectus,  
ram quoque morum ad leges modestiæ compo-  
sitionem reperiri.

III. Secundum est, ut ad certa quæpiam  
revoceat, quæ circa hanc modestiam sunt oblecta  
qualia quidem quatuor præcipue assignari possunt  
*Hilaritas & serenitas frontis & faciei*: quæ quidem  
derata sit, & ex conscientia bona velut nativa  
procedat, oportet. Unde duo extrema ipsius  
sè cavenda: prius est nimia gravitas aut severitas  
tūs, quæ per frontis aut nasi corrugationem, tris-  
tibus aut alium motum inordinatum indicet: posterius  
sūs immodicus & immodestus, quia ridere  
neutiquam ijs permissum est, teste B. Antiocho  
sunt germani Christiani: omnium minimè com-  
Monachis, qui se jam crucifixerunt istius mundi  
Hinc & S. Nilus ad excessum risūs fugiendum  
tur, quia enervat animam; anima verò enervata  
lè à freno legis exiit: juxta Vener. Bedam ver-  
lum habebit accessum cordis compunctio, ubi  
immoderatus risus & jocus: imò non tantum  
sed etiam corpori nocet risus excussus, in hoc  
sanguis recedit à corde, & ex valido risu homines  
pe suffocantur. Hinc breviter & bene S. Bernardus  
ad Eugenium scribens ait: Fœde ad Cachinnos  
ris, fœdiùs moves. 2. *Mundities vestium, & mor-  
brorum, quæ aspectui patent*: quam quidem S.  
natus suis hanc regulâ commendavit: *Mundities  
& ad valetudinem, & ad ædificationem confert,*

nibus curæ sit, tam circa seipfos, quàm omnia alia: nam mundities arguit gravitatem morum, teste Iſocrate, ſi tamen, ut Tullius monet, non ſit odioſa, nec exquisita nimis, nec muliebris, ſed virilis tantùm, quæ fugiat agreſtem & inhumanam negligentiam: quippe nec affectatas ſordes, nec exquisitas delicias Chriſtiano convenire, S. Hieronymus monet. Certè de S. Bernardo ſcribitur, quod in veſtibus ei paupertas ſemper placuerit, ſordes nunquam; nimirùm animi fore iudices ajebat, aut negligentis, aut foris gloriam affectantis humanam. 3. *Gestus & motus membrorum*: cujus quidem defectus breviter, ſed ſufficienter indicavit Hugo de S. Victore his verbis: geſtus autem reprehendiſſibilis eſt, ſi eſt aut mollis, aut diſſolutus, aut tardus, aut citatus. Mollis ſignificat laſciviam, diſſolutus negligentiam, tardus pigritiam, citatus ſive impetuoſus inconstantiam. 4. *Sermonis attemperatio*: ut, quemadmodum S. Clemens monet, uterque qui differit, vocem metiatur juſta proportione, & commodatione; elatus enim clamor pronuntiationis, res eſt inſaniſſima: cum proximis autem ita loqui, ut non audiaris, ejus eſt, qui nullo eſt ſenſu præditus, neque enim audient: & hoc quidem eſt puſilli & abjecti animi indicium, illud verò arrogantia. Aliæ circumſtantia in ſermone obſervandæ, diſtinctiùs alibi exponentur, hic in genere ſufficit, ſi Regula ſupra citata S. Ignatij obſervetur, ſi loquendum fuerit, meminerint modèſtiæ & ædificationis, tum in verbis, tum in modo loquendi.

IV. Tertium eſt, ut regulas quasdam generales nôrit, juxta quas ſe dirigere quiſque debeat in moribus ritè conformandis, quarum quidem tres potiffimum assignari



assignari possunt. 1. *Natura*: quam regulam  
 Cicero his verbis: naturam sequamur, & ab  
 quod abhorret, oculorum auriúmque appro  
 fugiamus, nam, ut rectè S. Ambrosius advertit,  
 catum placet, motum natura informet. Siqui  
 rura vitij est, industria emendet; ut ars deli  
 desit correctio. 2. *Consuetudo patria*: nam,  
 cuique homini, ita & nationi pulchrum est, quod  
 quis cum ratione eligit, qui alijs convivere, sua  
 societatem gratam efficere desiderat. 3. *Exempla*  
*lteriorum*: id est, qui urbanitatis decorum stud  
 conlectantur, & sincerius; hæc enim uti oculis  
 liùs objiciuntur, ita vim quoque efficaciamque  
 majorem ad imitationis desiderium studiumque  
 vocandum. Porro quæ regulæ speciatim circa  
 divinum, congressionum officia, compellendi  
 nem, cultum corporis, incessum, colloquia,  
 ctionem corporis & nocturnum decubitus à  
 stia præscribantur, copiosè simul & eleganter enu  
 tur in aureo libello, qui ab alijs *Astilogus Chri*  
*stianus*, ab alijs *Decorum & Urbanitas morum* scri  
 ptus.

## §. XXI.

## De Taciturnitate.

- I. Est Virtus, immodicum loquendi appetitum  
 refrenans, de qua Sequentia Ascetæ sunt scienda.
- II. Primum est, ut bene apprehendat necessi  
 tatem & utilitatem hujus virtutis. Et necessitas  
 dem ex eo oritur, quod, cum homo ex una parte  
 animal sociabile, ideóque vel ipsius naturæ insti  
 tuta

incitetur ad mutuam confabulationem ; ex altera ve-  
 ro parte ob vitiatam naturam non modicè inclinetur  
 ad vanam recreationem ex superfluis aut vanis collo-  
 quijs capiendam, meritò admodum cautus esse debeat,  
 ne in ejusmodi vitium à lingua præcipitetur. Ob  
 quam causam Salomon dixit, Omne aurum & argen-  
 tum conflandum, frenosque ori rectos faciendos per  
 silentij custodiam ; ut enim nullus equus etiam mo-  
 destissimus, dum sessorem recipit, sine freno dimitti-  
 tur ; ita, quantumcunque quis sibi prudens & cautus  
 videatur, semper silentij freno opus habet. Utilita-  
 tem verò cognoscet ex eo maximè, quòd silentium me-  
 ritò ab Ascetis reputetur inter præcipua instrumenta  
 tum perfectionis assequendæ, tum disciplinæ publicæ  
 conservandæ, uti patet tum ex exemplo antiquorum E-  
 remitarum, & testimonio Thomæ Kempensis dicen-  
 tis : Maximi Sanctorum humana consortia, ubi pote-  
 rant, vitabant, & DEO in secreto vivere eligebant ;  
 tum ex Religiosarum Familiarum Constitutionibus,  
 quæ omnes præcipuâ curâ præcipiunt & urgent silentij  
 observationem.

III. Alterum caput est, ut pariter bene cogno-  
 scat causas potissimas, cur silentium tam strictum sem-  
 per fuerit requisitum ab omnibus tum Sapientiæ, tum  
 Perfectionis Magistris. Quam quidem geminam as-  
 signat S. Basilius. Prior est, ut hâc ratione loqui re-  
 tètè discamus, quæ ars ob tot circumstantias ad eam re-  
 quisitas meritò difficillima judicatur. Unde non per-  
 inde ut aliæ artes exercitando, sed abstinendo discitur,  
 quia cum homo non sit assuetus tot circumstantijs,  
 quæ ad istam artem requiruntur, sed temerè effutire so-  
 leat, quæ in mentem & linguam veniunt, silentium,  
 ut

ut bene observat citatus S. Basilius, duo ad hunc finem commoda præstat, nempe ut & oblivionem exacerbatitudine pariat; & ad ea, quæ recta sunt, discenda suppeditet. Hinc rectè S. Gregorius dixit: Illi qui veraciter novit, qui prius bene tacere didicit. Posterior causa est, ut hæc ratione solitudini assuescat, & ad majorem cum DEO & Sanctis familiaritatem disponatur; hinc rectè pius Alceta, subtraxeris, inquit, à superfluis locutionibus, & suis circuitionibus audiendis, invenies tempus sufficiens & aptum pro bonis meditationibus insistendis.

IV. • Tertium est, ut facilem & efficacem præxin pro hac virtute obtinenda, quæ quidem præ in duobus præcipuè capitibus consistit. 1. Ut accuratam meditationem, quâ commoda silentio servati, & damna violati bene ponderentur, præsertim, firmissimum fiat decretum non loquendi, cum necessitas, utilitas, & caritas requirit. 2. Studeat quisque quotidie in rerum spiritualium gustu proficere; per hoc quippe medium radix vitæ ad confabulandum inclinationis tollitur, & fit

S. Laurentius Justinianus prudenter advertit) ut dum illo (scilicet Verbi Divini confortio) pascitur, terrenum pabulum non requirat.

